

CAPVT XLVIII:

ab confundetur propter Camos, sicut domus Is-
rael confusa est propter Bethel, cui tamen confi-
debant.

Quomodo dicitis, fortis sumus & uiri ro-
busti ad preliandum? et tamen uastabitur Moab,
Transcendetur in ciuitates eius, & electi iuuenes
eius descendent mactandi, dicit Rex cuius nomen
est Dominus Zebaoth. Prope est interitus Mo-
ab ut ueniat, & malum eius uelociter accurret ni-
mis. Condolete, quæso, ei, omnes qui in circumitu
eius habitatis, & nomen eius nostis & dicite. Qui
fit ut confracta sit uirga fortis, & baculus glorio-
sus?

Descende de gloria tu filia quæ habitas in Di-
bon, & sede in arido. Quoniam qui uastat Moab
ascendet ad te, & dissipabit munitiones tuas, In
uijs ista & prospice tu quæ habitas in Aroer, inter-
roga fugientes qui euaserunt, & dic, Quid fit? Ah
uastatus est Moab & perditus, ululate & clamate,
annunciate in Arnon, quod Moab uastatus est.
Plaga uenit super cæstres terras, uidelicet, super
Holon, Iahza, Mephaath, Dibon, Nebo, Beth-
diblathaim, Kiriathaim, BethGamul, BethMeon,
Kirioth, Bazra, & super omnes ciuitates in terra
Moab, quæ longe & quæ prope sunt. Abscissum
est cor-

IEREMIAE.

CCCCXIX.

est cornu Moab , & brachium eius confractum,
dicit Dominus.

Inebriate eam (contra Dominum enim eres
Eta est) ut uomat & comprimat manus suas Mo-
ab , ut fiat opprobrium , quia Israel ante tibi fuit
opprobrium quasi inter fures reperiisse eum , pro-
pter uerba ergo tua quae aduersus eum locuta es ,
captiuia duceris .

Relinquite ciuitates uos habitatores Moab ,
& habitate in petris , facite ut columbae nidifican-
tes in cauis foraminibus .

Iam dudum dictum est de superbia Moab ,
quod superbus est ualde , elato animo , arrogans ,
fastuosus , contemptor . Sed Dominus dicit , Ego
noui iram eius , quod non hoc possit quod præ-
sumit ultra vires suas . Ideo super Moab eiulabo ,
& super uniuersum Moab clamabo , & super ui-
ros Kirheres plangam . Plorabo super te Iaeson ,
tu uitis in Sibma , palmites tui trans mare abierunt
& peruenierunt usq; ad mare Iaeson , Vastator in-
cidit in messem tuam & in uindemiam tuam . Abla-
ta est laetitia & exultatio ex agris & ex terra Mo-
ab , Vinum non erit in torcularibus , non canet cal-
cator uuarum solitum celeuma , propter clamor-
em in Hesbon usq; Eleale , qui resonat usq; Iahzæ

R R R r r iij a Zoar

CAPVT XLVIII.

a Zoar uacca trienne usq; Horonaim , quia & a
quæ Nimrim exiccabuntur.

Et cessare faciam Moab, dicit Dominus, ne
ultra sacrificent in Excelsis, & Dijs suis thus incen-
dant. Iccirco buccinat cor meum super Moab qua-
si tuba, & buccinat cor meum super viros Kirhe-
res quasi tuba , quia nimium fecerunt, ideo peri-
bunt. Omne caput caluum erit , & omnes barbae
radentur, Omnia manus erunt laceratae, et quis-
q; iaduget saccum , Super omnia tecta & plateas,
ubiq; in Moab, erit planctus, Quoniam congre-
gi Moab, ut uas inutile, dicit Dominus. Quam
contrita est, quam ululant, quam turpiter demit-
tunt caput, Moab opprobrium factus, terrori est
alijs omnibus qui habitant in circumitu eius.

Quia hæc dicit Dominus. Ecce aduolat qua-
si aquila, & extendit alas suas super Moab. Capti
est Kiriath, Munitæ ciuitates comprahensæ sunt.
Et erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mu-
lieris parturientis. Delebitur enim Moab, ut am-
plius non sit populus. Quoniam contra Domi-
num se erexit. Pauor & fouea & laqueus ueniunt
tibi o habitator in Moab. Qui euaserint pauorem,
incident in foueam, Et qui ascendent, ex fouea, la-
queo capientur. Adducam enim super Moab an-
num uisitationis, dicit Dominus.

Qui

IEREMIAE. CCCCXX.

Qui ex bello fugerint confugient ad Hesbon. Sed ignis egreditur ex Hesbon & flamma ex Sihon, quae consumet loca in Moab & bellatores, Vnde tibi Moab, periret populus Camos, quia comprehensi sunt filii tui & filiae tuæ ad captiuitatem. Sed tamen uertam captiuitatem Moab, in posterioribus diebus, dicit Dominus. Hactenus de plaga Moab.

De Moabitis & Ammonitis et de Aegyptiis uastatis, ita scribit Iosephus lib. x. Antiquit. capit. xi. Quinto anno captiuitatis Hierosolymorum, qui est vigesimus tertius regni Nabuchodonosor, castrametatus est idem Nabuchodonosor in inferiorem partem Syriae, eamque detinens expugnauit, et Ammonitas et Moabitas. Cumque subdidisset has Gentes, perrexit in Aegyptum, eamque subuertit, & Regem quidem qui tunc ibi erat, occidit, asiliumque in ea constituens, denuo Iudeos captiuos perduxit in Babylonem. Et Hebraeorum quidem genus eiusmodi termino trans Euphratem ire percepimus. Hactenus Iosephus.

Moab & Ammon duo sunt filii Lothi ex duabus filiabus, Gene. xix. Vnde qui in Arabia sunt Moabitæ & Ammonitæ ueniunt, Loth erat nepos Abraham, lege Deutero. iij. Sed ipsi contra ius sanguinis maximo odio persecuti sunt Iudeos, ut legis in Libro Iudicum & primo Lib. Regum & secundo etc., & ualde letati sunt de ruina Ierusalem, ut dicit Ezechiel, capi. xxv. & Amos. i, lege etiam historiam Num. xxi. & Num. xxxi. etc.

*Moabitæ uad.
stat.*

*Moab Ammon.
non.*

RRRrrr iiiij Nebo

CAPVT XLVIII.

NEBO, KIRIATHAIM, Hesbon, Mad

men etc, Hæc omnia nomina quæ hic legis, sunt urbes & oppida & loca Moabiticæ terræ. Et quod his uerbis, Omnis regio Moabitarum uastabitur, potuisset Propheta dicere breuiter, uoluit potius amplificatione explicare ut graphicè depingeret Poetica descriptione, & quasi ob oculos poneret illam futuram Moabitarum calamitatem, qua postea perijt, nunc hæc, nunc illa ciuitas, nunc hæc, nunc alibi auditus est clamor miserorum etc, Ut et Esaiæ. xv. &. xvi. uides, Quædam etiam loca ex his descripta sunt, Num. xxii. Camos uero Deus fictus sive Idolum erat Moabitarum, ut legis etiam, iij. Regū. xi. in historiâ Salomonis De Zoar, quam Segor legimus, par uula ciuitate, legis Gene. xix.

ET ERIS, scilicet, tu Moab, sicut myricæ etc.

Camos.

Ale ad auo-
landum.

Tu Magistra
tus, Occide
quando Deus
lubet.

DATE ALAS. Id est, optandum fuerit ei uidelicet Moab, ut habeat alas, ut uelocius auolet ne compræhendatur tam insperato & subitaneo malo, Sic & Psalmus. In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer. Item, Quis det mihi pennas sicut columbae & auolabo & requiescam, Item, Si asumpsero pennas meas diluculo & habitauro in extremis maris,

MAL EDICTVS. Id est, ira DEI venit super Moabitas, & DEI opus faciunt qui eos occidunt, quando Deus nihil sit prosperum illis qui eos occidere neglexerint. Si hoc scirent hostes, ita occidente bonum opus et gratum DEO facerent, Nam Dei instrumenta sunt. Sed impij sunt, & ignorantes DEI VM, querunt sua in Moabitis, ideoq; & ipsi postea pereunt, quemadmodum de Assyrio scri

IEREMIAE: CCCCXXI,
ro scriptum est, Esaiæ. x. Ipse autem non sic arbitrabitur,
etc, Deus punit malos per malos.

MOAB A IVVENTE SVA. Quanto <sup>Moab supera
bus perit</sup> melior & pinguior est, tanto acceptior preda erit hosti. Securus fuit Moab, nunquam electus ex sua terra, ut aīj populi multi, de quibus legis Deut. ij. ut nostri Vandali, Gotthi, Franci, Galli etc, sed requieuit super feces suas, ut Vinum non transfusum, id est, permanxit in sua terra, ideoq; ut Vinum non transfusum, seruauit suum odorem & saporem, id est, suo more, suis legibus, sua pace uixit, & collegit sibi diuitias, delicatus est, ignorans miserias, ideoq; superbus & arrogans est maxima præsumens, ut Thrasones, ut inexperti bellatores, non tantum contra homines, sed etiam contra Dominum DEVM. Nunc autem, inquit, transfundetur hoc Vinum et abstrahetur a suis fecibus, a suis diuitijs, & sua quiete, in miseram captiuitatem, ubi uidebit arrogantiam & iactantiam suam blasphemiam esse nihil.

Hodie quoq; nostri Moabitæ Diabolica superbia ita arrogantes sunt, ut iactent & præsumant se Euan gelium CHRIsti, quod est Dei potentia in salutem omni credenti, ex Regno cœlorum pellere posse, et ita conculcare, ut potentia DEI nihil sit apud nos, id quod est, Dominum nostrum Iesum CHRIstum e dextera Patris deturare, sed tales Moabitæ pereunt, nihil moratur CHristus Diabolicam superbiam & Moabiticam arrogantiam eorum, cui dictum est, Sede a dextris meis, do nec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum. Perierūt omnes qui hoc unquam tentarunt. Arrogantia eorum fuit maior quam potentia eorum, Ridentur nunc & turpia

SSSss nomina

CAPUT XLVIII.
nominahabent in Ecclesia, sicut Pilatus in Credo, ut vul-
go recte dicimus,

MITTAM EI EXTRACTORES.

Perstat in Metaphora de Vino, Hostes exhaustient Vi-
num ut inebrinati, lagunculas etiam confringant, nihil ibi
sic integrum relinquentes.

MOAB confundetur propter Camos
DEVM suum. Hoc efficit uana fiducia & fictus cultus
DEI. In tempore necessitatis desperare facit, tantum
abest ut prosit, De Bethel lege. iij. Regum. xij. &. xij.
Contra quam Idololatriam & fictum DEI cultum po-
ste omnes Prophetæ clamauerunt, sed frustra, donec
periret Regnum Israel & abaseretur in Assyrios. Sic
Iuo cultu etiam Moabitæ confusi sunt, Non est ibi De-
us in necessitate.

TRANSCENDETUR. Impersonali-
ter, id est, hostes Moabitarum transcendent muros & ir-
rumpent in ciuitates Moabiticas. Et electi iuuenes eius,
id est, robusta militia Moab, cadent in mortem.

CONDOLETE. Significat tantam
futuram calamitatem, ut vicini populi commoueantur
ad condolendum etc.

DESCENDE. Verba sunt Prophetæ.
Sede in arido, id est, nihil retinebis ibi.

ABSCISSVM est cornu. Periit Regnum
et potentia Moab.

INEBRIATE EAM. Quemadmo-
dum & Threnorum. iij. dicitur, Repleuit me amaritudi-
ne, inebriauit me absinthio, Ut ebrij turpes gestus ha-
bent, & uomitū sunt alijs abominationi, Ita Moab turpis
ter caput

Ebrij:

IEREMIAE: CCCCXXII.

Ier cadet, & ridebit Israel siue Iudei, qui antea in afflictione, per Assyrios & Chaldaeos illata, a Moab ridebantur, Quemadmodum & Esaias, capit. xxxij, contra Assyrios loquitur dicens, Vae qui prædaris etc, Atq[ue] his verbis hic Propheta exprimit peccatum Moabitum, quo peccantes in populum DEI, id est, Hebraeos, iram DEI contra se promeruerant. Hebrei quidem erant plaga digni, sed Moabites, sicut et alii, tantum odio persequebantur Hebraeos.

I AM DVDVM DICTVM est, *Contemptus*
uel ex Hebreo. Audiuiimus etc, Imitatio est Esiae, ex DEI.
eius capite. xvi. Videtur tunc uulgo iactata, per contemptum, superbia & iactantia stultorum Moabitum, ut arrogantia diuitis et remulenti Nabal. Deus omnia peccata ferre potest, contemptum non fert, Psalmus. Incepisti superbos (contemptores uerbi tui) maledicti qui declinant a mandatis tuis, Ita & apud homines contemptus superborum & arrogantia & iactantia intolerabilis est. Stulticia tantum est & fatuitas. Qui uoluerit contemni & perire, sit talis.

EGO NOVII RAM EIVS. Id est, *Fatuitas atra
rogantium impiorum.*
Stultus presumit quod non potest efficere, Maior est arrogantia eius quam potentia. Hæc est fatuitas et uanitas contemptorum Dei & hominum. Quid effecerint qui conati sunt opprimere Euangelium? Quis potuisset plus obesse causæ eorum, quam ipsi sibi obsuerunt? Ridiculi sunt stulti Thrasones, qui tyrannide & contumeliosis in homines uerbis se magnificare querunt, Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam, DEVS ut non fert suos contemptores, ita etiam odio habet & perdit illos qui homines despiciunt & contemnunt.

SSSss ij IN

CAPVT XLVIII.

IN IAESER ET SIB MA erant vi-
neæ, ut hic uides. Sed, inquit, uites tuæ, id est, homines
& possessiones tuæ alio sunt transferendæ.

CELEVM A, supra capit. xxv.

ZOAR.

ZOAR vacca trienni uel trima, Vaccæ
trium annorum est fortis, uegeta, fertilis, abundans la-
cte, Ita Zoar quæ olim paruula erat, & seruata precibus
Loth ne periret, ut uides Gene. xix. nunc creuit, est for-
tis, diutes, fertilis, plena diuitijs & hominibus, contem-
ptrix DEI & omnium, oblita suæ maledictionis, quod
olim damnata erat ad interitum cum Sodomis. In ueteri
interprete nunc legimus, Vitulum conternantem (mis-
ror) in eadem sententia. Eadem uides, Esaïæ. xvi.

Horrendum
DEI iudici-
um.

COR MEVM BVCCINA T
quasi tuba, id est, Ego Deus non solum percutiam Mo-
abitas, sed etiam horribili terrore precedente premam e-
os, ut perditæ & desperatis antequam gladius perue-
niat ad eos. Quis hic consistit ubi Deus exterret? Cadit
e manu gladius ubi terrore animus concutitur, Psalmus
Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili ap-
pud omnes Reges terræ, Hebræ. x. Horrendum est in-
cidere in manus Dei uiuentis. Habes in historijs Bibli-
orum, ubi terret Deus aduersarios exercitus, & hoc ter-
rore pereunt, habes & hoc in oratione Psalmorum. Mo-
ses in Cantico, Conturbati sunt Principes Edom, Ro-
bustos Moab obtinuit tremor, lege reliqua.

CALVITIVM ET BARBA Ra-
sa erant illuc signa luctus & despectus, ut uides etiam in
historia Legatorum sive seruorum Dauid, qui contem-
pti & irrisi

IEREMIAE.

CCCCXXIII:

pti & irrisi ad Dauid Regem remittuntur. Significat ergo hic Propheta, Moabitas omni honore & bonis spoliandos, ut & Esa. viij. de nouacula conducta dicitur

LACERATÆ ET VULNE-

rate manus pugnare non possunt.

INDVERES ACCVM, id est, tur-^{Sacrum.}
pem uestem, est etiam lugentium, Cilitum interpretan-
tur hic ut in Psalmis.

QVAM CONTRITA. De po-
pulo Moab loquitur, quasi de aliqua muliere, more scri-
pturae ut in. iij. capit, audisti. Sic supra. Inebriate eam etc
Quæ alij interpretes commode uertunt in masculino,
propter Masculinum Moab et.

ECCE ADVOLAT, videlicet exer-
citus Chaldaeorum, & extendit alas ad obruendum &
opprimendum.

QVONIAM CONTRA DO-
minum se erexit. Vides quæ fuerit arrogantia Moabitæ Rursum peccatum Moab
rum, uidelicet contemptus DEI Israel, quem contem-
perunt in Iudeis. Christus dicit. Quod uni ex minimis
meis fecistis, Mihi fecistis. Et ad Paulum. Saul Saul, quid
me persequeris? Item, Qui uos contemnit, Me contem-
nit, & qui contemnit Me, contemnit eum qui Me misit.
Sic, utcunq; nos simus peccatores, castigandi ut filij cum
iudicio non cum furore, ut dictum est capit. superiore,
ramen Deus vindicabit tandem nos, & perdet aduersa-
rios nostros Turcas, Papistas, Hæreticos, Phanaticos
Spiritus, quorum arrogantia maior est quam ut DEVS
ferat, & non tandem insipientiam & vanitatem else de-
claret, Interim Moab Papa cum suis tyrannis superbus
est ualde.

SSSSS iij Pauor

CAPUT XLVIII:

Pauor.
Fouea.
Laqueus.

PAVOR etc. Hoc significat, quod nullis artibus, nullis viribus nostris licet evadere iudicium DEI. Iudicium hic contra omnes contemptores eius de scriptum est, ut maxime se uno exprimant periculo, tam in alia incidunt, secundum illud, Incidit in Scyllam qui vult uitare Charibdim. Pauor impiorum est terror conscientie, ut in Cain. Fouea est quod labuntur de sceleri in Icelus, Roma. i. Nam Diabolus tenet eos captiuos ad suam ipsius uoluntatem. ij. Timo. ij. Laqueus est desperatio. Ephe. iiiij. Qui cum dolere desierint, tradiderunt sese omni impudicitiae, ad perpetrandum omnem maliciam cum avaritia etc. Hic Camos nihil prodest, nihil tua opera, Monachatus etc, quae excoecare amplius possunt, iuuare non possunt. Actum est de te, nisi per gratiam Dei libereris. Haec sola est omnia in Christo IESU Domino nostro.

QVI EX BELLO. Nusquam erit illic hominibus tutus locus, etiam illuc peribunt quo profugerint;

Liberatio
Moab.

SED TAMEN VERTAM CAPITIUSITATEM. Quando hoc factum sit, ignoramus. Videtur autem factum post reuersionem Iudaorum sub Regibus Persarum. Si quis hoc uoluerat intellectum de reductione spirituali ad CHRISTUM, per me licebit, & ualde uerum est, quod postea per Euangelium redierunt ad Deum, & amplius Moabitæ non se erexerunt contra DEVIM, sed humiliauerunt seipso sub potentia manu Dei, ut exaltarentur in die sanctissimæ uisitationis.

CAPUT

IEREMIAE. CCCCXXIII.
CAPVT XLIX.



ONtra filios Ammon haec dicit Dominus. An non filii sunt Israeli? an non habet ipse haeredem? Cur ergo Malchom possidet terram Gad, & populus eius habitat in eorum ciuitatibus? Ideo, ecce dies ueniunt, dicit Dominus, quando audire faciam super Rabbath filiorum Ammon classicum, & uastata erit aceruus, & filiae eius succendentur igne, Israel autem possidebit qui eū ante possederant, dicit Dominus.

Vlusa o Hesbon, quoniam uastata est Ai,
Clamate o filiae Rabba, induite saccos, plangite &
circumite super muros, Malchom enim in captiuitatem abducitur, cum sacerdotibus & principibus suis, Quid gloriaris de vallibus tuis? Demesae sunt valles tuæ o filia desertrix, quæ confidis in thesauris tuis, & dicis in corde tuo, Quis ueniet contra me? Ecce, Ego inducam super te terrorem, dicit Dominus Zebaoth, ab omnibus qui sunt in circumitu tuo, ut extrudamini quisq; uia sua, & nemo sit qui fugientes colligat. Sed postea uertam captiuitatem filiorum Ammon, dicit Dominus,

SSSss. iiii. Contra

CAPVT XLIX:
CONTRA EDOM.

Hæc dicit Dominus Zebaoth. Nunquid non est ultra sapientia in Theman: aut consilium apud prudentes: Scilicet tam uana est sapientia eorum: Fugite, terga uertite, in profundo absconde uos o habitatores Dedan, Quoniam induco perditionem super Esau, tempus uastationis eius, Vindemiatores uenient super te, qui nihil relinquent quod colligatur, Et fures nocturni uenient super te, qui plus satis perdent eos, Ego enim nudaui Esau, reuelaui recondita eius, ut non possit abscondi, Semen eius, fratres eius, et uicini eius uastati sunt, ut nullus eorum amplius sit. Quod tam reliquum fuerit de pupillis tuis ego faciam uiuere, & uiduae tuæ in Me Sperabunt.

Quia hæc dicit Dominus. Ecce qui non meruerunt bibere calicem bibent, & tu impune euaderes: Non euades impune, sed tu quoq; bipes, Quia per Memetipsum iuraui dicit Dominus, quod Bazra erit ostentum, opprobrium, uastatio, maledictum, & omnes ciuitates sempiterna solitudo.

Audiui a Domino, legationem missam ad Gentes, congregamini & uenite contra eam, consurgite in prelium, Ecce despectum feci te inter Gentes

IEREMIAE: CCCCXXV.

Gentes, contemptibilem inter homines. Arrogantia tua & superbia cordis tui decepit te, per hoc quod habitas in cauernis petreis et tenes altos montes. Quid si exaltaueris nidum tuum quasi aquila? tamen inde te deturbabo, dicit Dominus.

Edom ita erit deserta, ut omnes prætergressi
dientes mirentur, & sibilent super omnes plagas
eius, quemadmodum Sodom & Gomorrha cum
vicinis suis subuersa est, dicit Dominus ut nemo illic
inhabitare aut manere possit, Quia ecce, Ascendit
quasi leo a superbo Iordanē contra munitas
caulas, quia subito faciam eum accurrere illuc, Et
quis nouit Iuuenem quem præparabo aduersus
te? Quis enim Mihi est similis? quis præscribet
Mihi? Quis est ille Pastor qui resistet Mihi?

Audite ergo nunc consilium Domini quod
in ijs contra Edom, & cogitationes eius quas cogitat super Theman. Vere paruuli pastorum deijcent eam, & uastabunt habitatores eius, ut contremiscat terra a strepitu ruinæ eorum. Et audietur clamor eorum ad mare rubrum. Ecce ascendit quasi aquila, & extendet alas suas super Bazra, In die illo, erit cor fortium in Edom quasi cor mulieris parturientis.

T T Ttt Contra

CAPVT XLI^{II}
CONTRA DAMASCVM.

Hemath & Arpad confusæ sunt & turbatæ,
Audiunt enim clamorem malum, Qui ad mare ha-
bitant ita exterriti sunt ut quiescere non possint.
Damascus turbata fugit, tremit in angustia & do-
lore, ut mulier parturiens. An non iam est deserta
urbs ante laudata & læticiae plena? Ideoq; iuue-
nes eius cadent in plateis eius, & omnes uiri bella-
tores eius conticescent in die illa, dicit Dominus.
Zebaoth. Et succendam igne muros Damasci, ut
consumat Palatia Benhadad.

CONTRA KEDAR ET REGNA HA-
ZOR, QVÆ PERCVSSIT
NEBVCADNEZAR
REX BABYLO-
NIS.

Hæc dicit Dominus. Surgite & ascendite
ad Kedar, & uastate filios orientis. Caulas & gre-
ges eorum capient, Tentoria eorum, omnes res &
camelos auferent sibi, & circumquaq; horrende
clamabitur super eos.

Fugite, uelociter abite, abscondite uos in pro-
fundo uos, habitatores Hazor, dicit Dominus.
Quia NebucadNezar Rex Babylonis cogitat ali-
quid

quid contra uos, et contra uos iniſt consilium. Sur-
gite & ascendite ad populum diuitem, qui habitat
securi, dicit Dominus. Non habent neçp ostia ne-
c p ueltes, et soli habitant. Cameli eorum diripiēn-
tur, & multitudo pecorum eorum præda erit. Et
dispergam in omnem uentum qui in angulis habi-
tant, Et ex omni parte adducam málum super eos,
dicit Dominus, ut Hazor fiat habitatio draconū,
& sempiterna solitudo, ita ut nemo illuc inhabitet
nec homo ibi permaneat.

Hoc est uerbum Domini quod factum est
ad Ieremiam Prophetam contra Elam, in princi-
pio Regni Zedekia Regis Iuda, dicens. Hæc dicit
Dominus Zebaoth, Ecce Ego confringam arcū
Elam, præcipuam eorum potentiam. Et adducam
super eos quatuor uentos ex quatuor regionibus
cœli, & in omnes illos uentos dispergam eos, ut
non sit aliquis populus quo non perueniant electi
ex Elam. Et pauere faciam Elam coram inimicis
suis, & coram eis qui querunt animas ipsorum, Et
adducam super eos malum in furente ira mea, dicit
Dominus, Et mittam gladium post eos, donec deles-
am eos. Thronum meum ponam in Elam, & per-
dam ibi Regem & principes, dicit Dominus. Sed
tamen in posterioribus diebus uertam captiuita-
tem Elam, dicit Dominus,

TTTtt ij Moses

CAP VT XLIX:

Ammonitæ
nastati.

Malchom.
Molech.

Questio.

Moses dedit tribui Gad dimidiām partem terræ filiorum Ammon, quam iure belli acceperat, ut dicitur Iosuæ. xiiij. Ex ista terra Ammonitæ, postea latrocinijs & iniuria ad se rursum ciuitates rapuerunt & agros, ut hic ex uerbis Ieremiæ uidere licet. Nam sic ait, An non filij sunt Israeli? an non habet ipse hæredem uidelicet, cui debeat terra Israelitica? Cur igitur Malchom, qui est fictus Deus Ammonitarum, & quandoq; Molech uocatur, ut. iiij. Regum. xi. etc, Interpretatur uero Malchom Rex eorum, Moloch regnans. Cur igitur, inquā, Malchom possidet terram Gad, id est, terram tribus Gad, a me DEO illi tribui datam, hoc est, Cur colitur & suum populum habet fictus DEVS in terra ueri DEI Israel?

Sed hic merito quæritur, unde Moses potuerit tribui Gad dare dimidiām terram filiorum Ammon, quando Deut. ij. scribitur. Non dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem, Respondeo, quod Dominus illi loquitur de terra quam dederat Ammonitis, ut uerba manifeste sonant, quemadmodum Deus dedit omnibus gentibus suas terras, licet ignorantibus & ingratis, ut Moses cecinit. Constituit, inquiens, terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, ut & supra capit. xlvi. diximus. Ammonitæ autem præterea tantum terrarum quantum prius Dominus dante occupauerant, rapuerunt bellis & iniuria ad se ex terra Ammorrhæorum, ut uidetur, trans torrentem Arnon (qui est terminus filiorum Ammon) ubi regnabat Sihon Rex Ammorrhæorum. Terra itaq; Amorrahæorum siue pars ditionis Regis Sihon uel Seon, & adiuncta quedam loca trans torrentem Arnon, quæ rapinis Ammonitæ occupauerant, & non pertinebant ad terram

IEREMIAE. CCCXXVII.

ad terram quam olim dederat illis Deus, uocantur in libro Iosuæ dimidia pars filiorum Ammon, ut ab illis occupata & possessa. Confer hæc ad Historias, quas scribit Moses & Iosua de illis terris a Iudæis occupatis, & ita esse, ut diximus, uidebis. Nam et postea rursum Ammonitas rapuisse ad se ex illis terris, hic in Ieremias, ut diximus. Id quod illuc & alibi per gentes contra Israelitas fiebat, permittente Deo, propter Israelitarum peccata & Idololatriam etc, lege iudicatum. xi.

ACERVVS. Significat illuc omnia ita esse vastanda ut ruinæ passim iaceant & tumulos efficiant. Filias autem, more scripturæ, intellige ciuitates & pagos, ut saepe in Iosuæ uides.

Israel erit Do
minus etc.

ISRAEL AVTEM POSSIDE-

bit. Hoc putant factum tempore Machabæorum, secundum ea quæ legis, i. Machabæo. v. Si autem hoc non de solis Ammonitis intelligendum censes, lege Iosephum Antiquitatum lib. xiij. capit. vi. de Ioppe, Azoto, Ascensione, de prouincia Accarone, & capit. viij. de Nabathæis & Palestina, & capit. xvi. de Syriae ciuitatibus, & capit. xvij. de tota Samaria subiecta Iudæis, & capit. xvij. de Ithuræis, maxime uero. xxi. capit. de alijs. Sed libertatem rursum amittunt, per Pompeium, subacti Romanis. Ego hæc potius intelligo de tempore reuelati Euangelij, quando Ammonitis & alijs Arabibus Regnum Regis Iudeorum Christi, per Iudeos prædicatores, uenit, & ipsi in sortem populi Dei transierunt. Ephe. iiij. secundum illud Zacha. viij. In diebus illis, apprehendent decem homines, ex omnibus linguis Gentium, fimbriam unius Iudei, dicentes, Ibimus uobiscum. Audimus enim, quod Deus uobiscum est etc.

TTT tt ij Hesbon.

CAPVT XLIX.

Hesbon.

HESBON. Etiam apud Ammonitas est ciuitas Hesbon non solum apud Moabitas ut hic uides, quemadmodum in Germania est Halla Sueorum & Halla Saxonum, Grimma Principis Saxonie, & Grima Principis Pomeranie etc, Ai & Rabbath, quam postea uocat Rabba sunt Ammonitarum ciuitates, De Ai lege Iosua. viij. &. viiiij. de alijs Iosu. xlij.

Liberatio Am
monitarum.

SED POSTEA VERTAM. Quando de hoc non habemus certam historiam, accipe ita, quemadmodum superiori capite de reuersione Moabitarum diximus. Sic enim abiit Deus omnes Gentes & Iudeos, ut tamen promittat se eos recepturum, sed per solum Christum, id quod diximus capite. xxxi. & alias,

CONTRA EDOM. Idumæi ab Edom Idumæa perit dicti sunt, qui & Esau dicitur, & fuit frater Iacob, Hi Idumæi suos fratres Israelitas maximo odio persecuti sunt, cum tamen nihil de terra eorum acceperint filij Israel, Deut. iiij. Contra quos in Psalmo dicitur, Memento domine filiorum Edom in die Ierusalem, Qui dicunt Exinanite, exinanite, usq; ad fundamentum in ea, lege etiam supra de Idumæis capit. xxv.

Theman etc.

De Theman, Dedan Bazra ciuitatibus Idumææ super diximus, capit. xxv. In Theman uidetur fuisse alio quod studium Philosophicum uel astrologiae uel Theologiae, quando Themanitæ sibi sapientiam arrogant, ut uidere licet Baruch. iij. Et primus amicorum, Hiob Themanites est, qui de Deo & religione, ut et socij eius, philosophatur ex patrum piorum doctrina, que in illis gentibus erat reliqua, Ad sapientiam Themanitarum hic aliquid iudicatur, quasi dicat, Deus suo iudicio infatuabit qui sibi uidentur sapientes etc.

IN

IEREMIAE. CCCCXXVIII.

IN profundo. quemadmodum & Christus dicit, Tunc dicent montibus cadite super nos, & collibus operite nos.

EGO enim nudauit. quemadmodum quan- Nudare;
do meretrici auferuntur data ornamenta etc, Sic Esaias
etiam capit. xlviij. de Babylone confusa dicit. Descende,
sede in puluere uirgo filia Babylon, sede in terra, non est
folium filiae Chaldeorum, Quia ultra non uocaberis de-
licata & tenera. Tolle molam & mole farinam, denuda
turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuelala crura
translumina, Reuelabitur ignominia tua, & uidebitur
opprobrium tuum, ultionem capiam & non resistet mihi
homo etc.

Hæc hodie canuntur Regno papistico, quod sapientia humana, falsa doctrina, fictis religionibus & maxima potentia hactenus se magnificauit, sed confunditur a luce Euangelica, nec prodest ei quicquid tentauerit contra Christum, sed perit absq; spe, secundum illud Apoca. xvij. Exite e Babylone populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagiis eius non accipietis, quoniam peruererunt peccata eius usq; ad coelum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius, Reddite illi, sicut & ipsa reddidit uobis, & duplicate duplicitates cunctum opera eius etc.

QVOD TAMEN Reliquum fuerit.
Id est, relictis post cladem & captiuitatem pupillis et vis-
duis in terra tua miserebor. Siquidem inuocabunt Me
& in Me sperabunt, id quod illuc fieri potuit, confuso
DEO Malchom, ubi adhuc erant sanctæ doctrinæ reli-
quæ ex patribus, Progenies erant ex Iacob, Non enim
Deus solorum Iudeorum Deus est, Roma. iij. etc, Nam

T. T. T. tt. iiiij. in trijs

*Idem et libera-
rati.*

CAPVT XLIX.

In tribulatione ad Deum suspiratur, quem extra tentationem non agnoscimus. Et Deus in scriptura, gloriatur se esse patrem pupillorum & defensorem uiduarum, Et CHRISTus de Euangelio dicit, Pauperes Euangelizantur. Maxime uero hoc intelligere debemus de reliquijs Idumæorum ad Christum conuertendis, ad quem non conuertuntur nisi peccatores et desperati, qui uocantur hic pupilli & uiduae, De quibus ipse Christus ait, Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

ECCE qui non meruerunt. Id est, Quibus,

*Consolatio
pro castigatis
filiis.*

licet peccatoribus, tamen ignosci potuit ut filijs, uidelicet Israelitis, illi sustinebunt uirgam patris, & tu Edom qui seruus es, peccans & contemnens, euaderes? Per hæc uerba, diuina bonitas, magna consolatione nostri, separat et discernit inter fideles, si quando per infidelitas tem aut infirmitatem labuantur, & inter infideles. Nam illi ueniam rogare possunt & certo accipere per CHRISTUM, cuius uerbum habent, hi autem non possunt donec infideles manserint. De hac sententia diximus ex sacris literis supra, capit. xxv.

PER memetipsum iuraui. Horrendum, quæ admodum & illud Psalmo ex Num. xiiij. Quibus iuras ui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

A DIVIA DOMINO. Id est, dominus reuelauit mihi Prophetæ, quod iam iam miserit legationem ad Regem Chaldæorum, ut ueniat contra Idumæos, siue hoc per Angelos bonos siue per Angelos malos faciat Deus, non putat ipse referre, Ita legis & de angelo percutiente in Aegypto, Tamen malos angelos uocat Psalmus, dicens, Misit in eos iram indignationis suæ

*Angeli siue le
gati percuti-
entes.*

Iurat Deus.

nis siq[ue] indignationem & iram & tribulationem, immis-
siones per Angelos malos. Proprie uero hic nihil aliud
significatur, quam quod Deus, sicut Pharaonem indu-
rat contra pios in gloriam sui, ita alios sollicitat, urget &
cogit in perniciem illorum quos suo iudicio perdere
uult, ut hic Chaldeum urget, Sic et Esaie, xiij. Ego man-
dau[er]i sanctificatis meis, & uocau[er]i fortis meos, (id est,
Mœdos & Persas contra Babylonem) in ira mea, exul-
tantes in gloria mea etc, Imitatur hic Jeremias Abdianus
Prophetam, lege Abdiam.

Ego despexit te inter Gentes, Memorabilis
est haec sententia in his Dei uerbis, Quidam sunt in ma-
gna autoritate inter homines, etiam apud Principes.

Item quædam ciuitates, regna, quidam Reges & Princi-
pes sunt in opinione magnæ potentiae, formidabiles ad-
uersarijs, honorantur, metuuntur, amantur, nemo ne his
scire quidem audet contra eos, nomen eorum est cele-
bre in multis terris. Vnde hoc habent? A D E O, etiam
si hoc ignorent & non agnoscant, quemadmodum in
Psalmo dicitur. Suscitata terra inopem, & de stercore es-
rigit pauperem, Ut collocet eum cum Principibus, cum
Principibus populis sui. Ad David dixit Deus. Fecit tibi
nomen grande, iuxta nomen Magnorum qui sunt in ter-
ra. Poitea uero contempti redduntur & nihil reputan-
tur, succumbunt alijs qui uidebantur imbecilliores, que-
admodum Darius & Cyrus magna fiducia & audacia
contemnere audebant etiam illam maximam potentiam
Babylonij Regis, inuadebant & superabant eum qui
hactenus inuictus alios superauerat, Vnde fit hoc eis?
A D E O, qui superbis & contemptoribus resistit, Qui
dam hodie presumunt sua autoritate & potentia oppri-
mere Ecclesiam Christi ne predicetur Euangelium glo-

Deus facit eō
temporū tyran-
nos et regnā-
ut percant.

V V V v v triæ magni

CAPVT XLIX.

riæ magni DEI, non ut religionem Papisticam defen-
dant quam non curant Epicurei, sed ut magni fiant. Sed

Qui nunc uox Deus dicit in primo Regum, Qui Me glorificat, illum-
lunt fieri magni. Ego glorificabo, qui autem contemnit Me, erunt igno-
gnos & maxime biles. Et in Psalmo, cviij. dicitur. Cum effunderetur con-
tra me contra temptationis super Principes, & omnia in errore & deserta-
vangelium homines iacerent. Agnoscant ergo, qui euecti magnam autorita-
tem habent, Agnoscent potentes Rectores orbis terra-
rum, unde haec dona habeant, & timeant Deum, serui-
ant Ecclesiae Christi, promoueant Euangelium salutis
& defendant contra AntiChristianos tyrannos sua or-
dinata a DEO potestate, nisi uelint a Deo abiisci in con-
temptum, Deus nullam potentiam ueretur, sed reddit
Tyrannis quod meruerunt, Psalmo. ij. Et nunc Reges
intelligite etc, id quod infra sic dicitur. Quis enim Mihi
est similis etc.

In cauernis petreis siue petrarum. Id est, in
hoc confidis, quasi tatus sis inter montes tuos & in ca-
uis rupibus quasi inaccessis.

EDOM ita erit deserta, de terra loquitur,
Et ne quis hic abhorreat a uoce foeminina, interpretes
hic pro Edom ponunt Idumæa.

Ascendit quasi Leo. De Babylonio exerci-
tu dicit. A superbo Iordan, id est, exundante, cuius as-
quæ solent superbire, intumescere, exundare. Inde, ins-
quit, ueniet ille inundans exercitus, ut obruat Idumæo-
rum agros. Babylonius transcenso Iordanu[m] uenit ad Idu-
mæos contra munitas caulas, id est, munitiones Idumæo-
rum, quos ut oues uorabit ille Leo, subuersis caulis etc

Et quis nouit Iuuencem quem armabo aduer-
sus te.

IEREMIAE: CCCCXXX:

Fus te o Idumæa. Hæc intelligunt quidam de Alexandro Magno, id quod certe uerum etiam est, is postea omnes illas terras sibi subiecit. Tamen nichil prohibet intel- Iuuenis a Deo
ligere de Rege Babylonis, maxime qñ capit. xxv. dicit. Inicitatus.

Rex Sesach bibet post eos, & sequentia duo capita hoc idem habent, uidelicet post alios, de quibus hic dicitur, parsurum & peritum imperium Babylonis. Vnde patet, non hec, qui hic dicuntur, futura tempore Alexan- dri, sed potius ante uastatum imperium Chaldaeorum.

Sequitur. Quis enim Mihi est similis? etc, id est Nemo poterit Mihi obſistere, quin ita faciam, Quis præ scribet Mihi? Deus immittit bellum ut ipſe uult, Dat aduersarios uictoriam ut ipſe uult, Punit aduersarios ut ipſe uult, Exaudit & liberat inuocantes ut ipſe uult, Non est præ dictam Eccle- scribendum D E O, Vanissimi & stultissimi homines siam. sunt, qui ex postulant cum hominibus, Quare ita feciſtis? Sic erat faciendum etc, ignorantes quod Deus ita fecit, Impij præterea sunt qui de accepta uictoria non agunt gratias D E O, sed calumniantur contra uictores, Non recte factum est, sic erat faciendum etc, O uanitas, o impietas, o ingratitudo, Deus, ait David, docet manus meas ad prelum, Tu das uictoriam Regibus, tu redemisti David seruum tuum a gladio mortifero.

Quis est ille Pastor. Nullius metuo poten- tiam, Nullus consistet coram Me. Pastores in scripturis ſepe significant Reges & Princeps, paſcentes bonos, & abigentes Lupos, id est, improbos, Rom. xiij. Paruu- los pastorum ſive Gregis, dicit, ſubditos, ut duces exerci- citus, ſeruos & milites Principum.

Ad mare rubrum, id est, procul, Nam illac- tur ad mare rubrum, unde illò uenerant olim filii Israel.

V. V. Vvv ij Ascendit,

CAPVT XLIX.

Ascendit. De exercitu hostili dicit, ut & capite superiore.

Damascus
perit.

CONTRA DAMASCVM, id est, Contra Syriam Damascenorum, ubi Damascus erat Metropolis, Esaiæ. viij. Hi saepe afflixerunt Israelitas, ut uidere licet in historia tertij & quarti Libri Regum.

Hemath & Arpad sunt ciuitates Syriæ Damascenorum.

Palatia Benhadab. qui fuerat in Damasco Rex potens ualde. iij. Regum. xx. lege &. iiiij. Regum vi.

Contra Ara
bas.

Contra Kedar & Regna Hazor, Esaias capite. xxii. simpliciter dixit. Onus in Arabia. Et Ieremias supra capit. xxv. dixit. Cunctis Regibus Arabiæ, Kedar erat secundus filius Ismaelis, Gen. xxv. i. Parali. i. Vnde Ismaelite qui in Arabia erant, appellantur. Esaiæ. ix. Omnis pecus Kedar congregabitur tibi, Arietes Nabiioth ministrabunt tibi etc. Primo genitus Ismaelis erat Nabaioth, Ismaelite a matre Agar Agareni in scripturis dicuntur, qui postea falso nomine se a libera Sara Saracenos appellarunt. Hi quamvis filij Abrahæ essent, tamen oderunt & persecuti sunt fratres suos Israelitas, secundum Prophetiam de Ismaele. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & contra uniuersos fratres suos figet tabernacula:

REGNA autem Hazor, quæ sunt apud Ismaelitas in Arabia, nota sunt ex Iosuæ. xi. ubi tametsi unum Regnum Hazor scribatur, ut & est, tamen ibidem nominatis alijs Regnis, sic additur. Hazor antiquitus inter om̄

IERE MIAE.

CCCCXXXI.

ter omnia Regna hæc principatum tenebat. Hinc facile uides Regna Hazor illa omnia uocari, quæ illuc a Iosua deuicta scribuntur.

FILIOS ORIENTIS, id est, Agarenos ad orientem Iudeis habitantes.

SVRGITE, VIDELICET VOS Babylonij.

Necq; ostia necq; uectes. Securus est popu-
lus, Non ædificat ciuitates & domos & munitiones con-
tra hostes, sed tantum in tabernaculis translaticijs & pel-
liceis tectis habitans, pascendis pecoribus studet, Hinc &
in Canticis fit mentio Tabernaculorum Kedar, & hic les-
gis. Tabernacula eorum & greges eorum &c.

IN ANGVLIS, ut supra ca. ix.

HABITACVLVM DRACONVM.

Vide de hac oratione supra cap. ix. His autem Arabibus
Imaclitis non promittit redditum uel solutionem captiu-
tatis, ut alijs, uidelicet ut rursum constituant Regnum,
Alioqui ex his & alijs Arabibus uenit postea mundo Ma-
homerica infania.

CONTR A ELAM, id est, Persiden,
que ita dicta est ab Elam filio Sem, Gen. x. Persas non le-
gimus aliquid peccasse in Iudeos, Necq; hæc de gentibus
hic dicuntur, quasi propter hanc solam causam quod pec-
carunt in Iudeos abiecta sint, sed etiam uel potius in con-
solutionem Iudeorum piorum, Ut primum ex hoc cog-
noscant & uenerentur uoluntatem Dei, qui tam uelit eos
pati & sustinere opprobrium captiuitatis, Et tamen sciant
se non solos pauciuros, sed etiam omnes Gentes circum-
quæc habitantes, se uero sciant patris uirga correptos

V V V v v iij quandoq;

*Persæ afflī-
cti.*

*Consolatio
Iudeorum.*

CAP VT XLIX.

quandoq; liberandos & ut filios recipiendos. Deinde sses non meliores esse Gentibus, si ita perrexerint contemne te Dei uerbum & perseguī sanctos prophetas siue prædicatores, sed potius se magis damnatum iri illis qui uerbū non habent aut populus DEI non dicuntur, Tertio, Deum non esse acceptorem personarum. Qui tamen uel sic cognoscit uult pater, quod grauius delinquentibus adhuc promittit salutem uel afflicctis. Quarto, uoluntatem DEI esse, ut illī omnia Regna subiçiantur Regi Babylonis, ut Monarchæ, & premantur seruitute, quemadmodum saepe concionatus est Ieremias, Hæc, inquam, & similia in his proposita sunt pijs Iudæis ad cognoscendum, Impij autem Iudæi & Gentes hæc casum & fortunam esse iudicant, Pios autem nunc uoco, qui uel afflicti ex impietate redeunt ad Dominum,

Divisum Af- Aduerte quod Assyriorum Regnum post Sardas
syriorum Re- napalum diuisum est in tria. Siquidem apud Babylonios
gnum. regnabat Belochus, Apud Mœdos Arbaces, in Niniue aliquamdiu posteritas Regum Assyriæ permanxit. Sed hi tres Reges multum diuq; inter se pro Monarchia pugnabant, ut nunc hi, nunc illi uictores euaderent, quandoq; Chaldaeorum & Assyriorum unum Regnum elset, quandoq; duo & diuersa, ut licet uidere in sacris literis uel in historia Ezechiae Regis Iuda, Cum uero Nabuchodonosor siue NebucadNezar Rex Babylonis postea solus rerum potitur, non dubium quin Mœdos & Persas, ut suos hostes & de occupando imperio suspectos, grauiter afflixerit, occiderit, eiecerit, suosq; Chaldaeos illic prefecerit etc. Quod autem additur Sed tamen in posterioribus diebus uertam captiuitatem Elam, significat postea Persas rursum congregatos creuisse in Regnū, ut ante, donec cum Mœdis uicerint Regem Babylonis, & Monarchiam transtulerint

Liberatio
Genium.

TEREMIAE. **CCCCXXXII.**

transtulerint ad se, quemadmodum duo sequentia capita
habent.

Atq[ue] ita ego intelligo omnia, quæ hic de Gentibus
uaftandis dicuntur, facta esse sub Nabuchodonesore, ita
ut h[ic] uaftator post omnes uaftatus sit per Mœdos et Per-
ſas. De qua mea sententia ſupra admonui. Nam Ieremias
non uidetur mihi respexisse ſuis uerbis in alias Monarchi-
as, sed in ſolam primam, exceptis ijs quæ de reductione
Iudæorum ex captiuitate ſub Cyro, & de reuelando in
terr[is] æterno Regno Christi dicit. Alijs autem uidetur,
hæc intelligenda esse de Alexandro Magno ſub tertia
Monarchia, qui Persas uicit, & grauiter afflixit, ablato illo
imperio. Sed illi poſtea rursus in Regnum creuerunt,
& potentes manſerunt usq[ue] in hodiernum diem, non ta-
men ſecundum potentiam Monarchiæ quam prius ha-
buerunt. Et Euangelium Christi uenit ad eos ſicut ad alijs
as Gentes.

ARCVM ELAM. Respicit in admirabilē ſagittarij
ſagittandi peritiam, quæ dicitur de Persis, ut etiam Perſe.
fugientes retro uulnererent inſequentem.

ET PAVERE FACIAM. De hac ſen-
tencia prius dixi.

THRONVM MEVM. Id est, Ego
Dominus regnabo in Elam contra Elamitas, per uicto-
rem exercitum. Hoc interim impij uictores non uident.
Ideo & ipſi poſtea pereunt per alios uictores, iudicio Dei
ut ſupra indicauimus.

VVVuu iii Caput

CAPVT L.



OC est uerbum quod locutus est Dominus per Ieremiam Prophetam contra Babylonem et terram Chaldaeorum , Annunciate inter Gentes ut audiatur, Leuate uexillum, proclamate, ne cæletis, dicite. Capta est Babylon. Confusus est Bel, Contritus est Merodach, Cōfusa sunt omnia sculptilia eorum, & idola eorum contrita. Quoniam ascendit contra eam Gens ab Aquilone, quæ faciet terram eius solitudinem , ut non sit qui habitet in ea, & homines & pecora fugient ex ea.

In diebus illis & in tempore illo , ait Dominus , uenient filij Israel, ipsi & filij Iuda , euentes & flentes, & Dominum Deum suum quærent, Interrogabunt in Zion de uia, quo se uertent , Venite, adhæreamus Domino foedere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur, Populus enim Meus est quasi Grex perditus, Pastores eorum seduxerunt eos, & errare fecerunt in montibus, ut transirent a montibus ad colles obliti ouilis sui. Quotquot inuenierunt eos comedenter eos, Et hostes eorum dixerunt. Non male facimus, Quoniam peccaverunt contra Dominum in habitatione Iusticiæ , & contra Dominum qui est Spes patrum ipsorum. Fugite

Fugite ex Babylone, egredimini ex terra Chaldeorum, estote sicut Hirci ante gregem, Quia ecce Ego suscitabo magnas Gentes multo numero ex terra Aquilonis, & adducam contra Babylonem, quæ armabuntur aduersus eam, quæ & capient eam, Sagittæ eius sunt ut uiri fortis bellatoris, quæ nō frustrabuntur. Et terra Chaldaeorum erit preda, ut omnes qui depraedantur eam repleantur, ait Dominus, quia exultatis & gloriarni, quod hæreditatem meam spoliastris, exilientes ut lasciuu uituli, & hinnientes ut feroce equi. Confusa est mater uestra nimis, & opprobrium facta quæ genuit uos, Ecce inter Gentes ipsa est minima, deserta, arida & uacua, Quia propter iram Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem, ut omnes prætergredientes Babylonem mirentur & sibilent propter uniuersas plagas eius.

Accingite uos o sagittarij contra Babylonem circumquaç, iaculamini in eam, non parcite sagittis, quia contra Dominum peccauit, Iubilate contra eam circumquaç, Tradet manus suas, ceciderunt Fundamenta eius, confracti sunt muri eius. Quia hæc est ultio Domini, Vlscimini contra eam, facite ei quemadmodum uobis fecit, Eradicate ex Babylone & seminatorem & messorem, ut

XXXxx quisq;

CAPVT

L:

quisque reuertatur ad populum suum a facie gladii
Tyranni, & fugiat in terram suam.

Israel fuit ut grex dispersus, distractus a leonibus. Primum uorauit eos Rex Assyriorum, Deinde contriuit eos NebucadNezar Rex Babylonis, Ideo hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Ecce Ego uisitabo Regem Babylonis & terram eius, sicut uisitaui Regem Assyriorum. Israel autem reducam domum ad habitationem suam, ut pascatur in Carmelo & Basan, & saturetur anima eius in montanis Ephraim & Gilead. In tempore illo et in diebus illis queretur iniquitas Israel, dicit Dominus sed nulla erit ibi, & peccatum Iuda, sed nullum ibi inuenietur, quia remittam ea illis quos reliquos fecero.

Contra terram exasperantium ascende, Contra habitatores Visitationis ascende. Vasta & execra posteros eorum, dicit Dominus, et fac omnia quæcunque præcepit tibi. Clamor belli & calamitas magna est in terra, Quomodo confractus & contritus est malleus uniuersæ terræ? Quomodo uersa est Babylon in desertum inter omnes Gentes? Retia Ego posui tibi o Babylon, ideo capta es prisquam præuideres, Inuenta es & compræhensa, quia contra Dominum superbe locuta es. Domini

nus

IEREMIAE: CCCCXXXIII.

nus aperuit thesaurum suum, & protulit arma iræ suæ. Quia hæc effecit Deus Dominus Zebaoth in terra Chaldæorum.

Vos a finibus, Venite contra eam, aperite granaria eius, coniçcite eam ut sit aceruus, et execræte eam ut ei nihil sit reliquum, Interficide omnes filios eius, deducite eos ad mortationem. Væ eis, uenit dies tempus uisitationis eorum. Clamor auditur fugientium & eorum qui euaserunt ex terra Babylonis, ut annuncient in zion ultionem Domini Dei nostri, & ultionem Templi eius.

Vocate multos contra Babylonem, obsidete eam undiq; omnes uos Sagittarij, ut nullus euadat. Reddite ei ut meruit, Sicut fecit facite ei. Quia superbe egit contra Dominum, contra Sanctum Israelis. Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius in illo tempore, & omnes uiri bellatores eius peribunt, dicit Dominus, Ecce tu Superbe contra te ueniam, dicit Deus Dominus Zebaoth, quia dies tuus uenit tempus uisitationis tuæ, Ibi superbus cadet et ruet ita ut nullus eum erigat, Ciuitates eius succendam igne, qui deuorabit omnia in circumis-
tu eius.

Hæc dicit Dominus Zebaoth, Ecce filij Israël & filij Iuda uiolentiam sustinent & iniuriam,

XXXxx ij Omnes

CAPUT L:

Omnis qui eos captiuos abduxerunt retinent eos
nec dimittere uolunt. Sed redemptor eorum for-
tis est, Dominus ZebaOTH est nomen eius, is iudi-
cio defendet ita causam eorum, ut faciat terram pa-
uentem, & habitatores Babylonis trementes;

Gladius ueniet super Chaldaeos, dicit Do-
minus, & super habitatores Babylonis, & super
Principes eius & super Sapientes eius. Gladius ue-
niat super diuinatores eius, ut appareat stulticia
eorū. Gladius ueniet super fortes eius, ut pauet.
Gladius ueniet super equos & currus eius, & su-
per uulgas eius qui est in medio eius, ut fiant sicut
mulieres. Gladius ueniet super thesauros eius, ut
expilentur. Siccitas ueniet super aquas eius, ut ex-
iccentur. Quia est terra idolorū, & glorianter de-
portentosis factis. Propterea horrende fere et uo-
lucres habitabunt in ea & pulli Struthionū. Nun-
quam habitabitur, nemo ibi permanebit unquam
in æternum, quemadmodum Dominus subuertit
Sodoma & Gomorrah cum uicinis, dicit Do-
minus, ut nemo inhabitet nec quisquam ibi perma-
neat.

Ecce populus uenit ab Aquilone Multæ
Gentes & multi Reges a latere terræ consurgent,
instructi arcu & clypeo, Horrendi sunt & crude-
les, Clas-

IEREMIAE: CCCCLXXXV.

les. Clamor eorum est quasi fremitus maris, Super equos sedent armati ut bellatores contra te o filia Babylon, Cum de eis audierit Rex Babylonis dissoluentur manus eius, Dolor & angustia parturientis ueniet ei. Ecce ascendit ut Leo a superbo Iordanē contra munitas caulas, quia inde eum subito currere faciam, Et quis nouit Iuuensem quem Ego præparabo contra eam? Quis enim est Mihi similis? Quis Mihi præscribet? Quis est pastor qui resistet Mihi?

Audi nunc consilium Domini contra Babylonem, et cogitationes quas cogitat contra inhabitatores terræ Chaldæorum. Vere paruuli pastorum deficiunt eam, & uastabunt habitatores eius, ut contremiscat terra a clamore, & resonet inter Gentes, cum Babylon capta fuerit.

Tandem & ipse prædo Gentium Rex Babylonis Regnum Bas
iudicio Dei perit per Moedos & Persas, ut supra indica bylonis prima
uimus, quemadmodum & Esa. xijj. & alias prædictitur, Monarchia
& nota est historia ex Daniele & alijs scriptis Historijs, perit.
etiam Ethnicorum. Nam ita finem habet prima Monar
chia Chaldæorum siue Assyriorum, & incipit secunda
Monarchia uidelicet Persarum. Hic Iudei, post septua
ginta captiuitatis annos reuertuntur Hierosolymā sub
Cyro Rege Persarum, ut est in libro Esdræ, & postea ac
cipiunt CHRistum totius mundi æternam Benedictio
nem, ut multis dictum est, capit. xxxi.

XXXxx iij. Bel

CAPVT L.

Bd.
Beel.
Baal.
Beelzebub.

Belsive Beel Deus fictus est Chaldaeorum, quems admodum & Merodach, ut hic uides Merodach inter loda recenseri, & interpretatur Amara contritio, unde hic dicitur. Contritus est Merodach, Bel autem sive Bel, quod postea Samaritæ ex Assyrijs in Samaria dixerunt Baal, immo & alia vicinæ Gentes in Syria et Arabia iam olim etiam ante Mosen, ut uides in Mosis libris, interpretatur, Maritus, Dominus, possessor, Vnde fiunt multa alia nomia et appellations in scripturis, sunt enim multa Bel, Beel uel Baal, ut est illud in Euangelio Beelzebub, uir myscarum uel Dominus myscarum etc. iiiij. Regum. xx. Rex Babylonis dicitur Berodach, & Esaia, xxxix. Merodach, non dubium quin ab Idolo.

Gens ab Aquilone sunt Mædi & Perſæ, Ab ea enim parte coeli dicit Propheta exercitus Moedorum & Perſarum se infudisse in terram Babylonis, unde Babylonij antea se infuderant in terras Iudeorum, supra cap. i. Ab Aquilone pandetur omne malum et.

Vt non sit qui habitet. Qui hoc intelligatur uide supra capite. ix.

Reuersio post
lxx. annos.

In diebus illis. De reuersione Iudeorum sub Cyro, hæc dicuntur, Quod autem dicitur, Venient filii Israel & filii Iuda simul, satis declaratum est, ex ipsa historia & ex Regno Christi quod postea suscepérunt, supra capite, xxxi, qui intelligatur.

Adhærebunt
uerbo DEI.

Interrogabunt. Id est, de uia D E I rursum docebuntur in Templo Hierosolymorum, quemadmodum in lege Mosis mandatum est, ut in Ierusalem accipiant uerbum D E I a Sacerdotibus leuitici generis, & inde peratur incorruptum Exemplar scriptæ Legis, ne quid in Synagogis ciuitatun aliud uel aliter doceatur.

Quod

IEREMIAE. CCCCXXXVI;

Quod autem addit. Adhæreamus Domino, ut uxor ma-
rito suo, ne deficiamus rursum a uerbo D E I ut olim, &
adhæreamus foedere sempiterno, nunc quidem coepit
est, sed in Christo completum, immo sine Christo ne in-
cipit quidem hoc foedus DEI, vide quæ dixi supra capi-
t. xxxi.

Populus meus. Id est, Iudæi, Pastores, id est
mali Sacerdotes, Pseudoprophetæ et impij Reges, quos
habuerunt ante captiuitatem, seduxerunt eos a Deo, ut
inciderent in fauces Luporum, id est, Babyloniorum, ut
des quod longe maiorem captiuitatem significet Pro-
phetæ quam illam externam Babyloniam, tenebantur
enim captiui sub doctrinis Dæmoniorum, ut nos sub
Papistis, antequam captiui abducerentur in Babylonem.
Illa enim captiuitas hanc effecit iudicio D E I, De qua
spirituali captiuitate aliæ supra dixi, ex Esaiâ, In princi-
pio descendit populus meus in Aegyptum etc.

ET Hostes eorum dixerunt, Id est, iudica-
uerunt se etiam obsequium præstare DEO, quod illos Ideo Deus fecit
perderent qui populus DEI dicebantur, Et hoc malum, cit eos con-
temptos.
inquit, accidit Iudæis, quod peccauerunt contra Domini
num in habitatione iusticiæ, qui est, Spes patrum ipsorum.
Quid est, quod non solum accusat peccatum Iu-
dæorum quo ante captiuitatem peccauerant, sed etiam
quod peccarunt in loco sancto, siue, ut dicit, in habita-
tione iusticiæ, id est, in Ierusalem a Deo electa, Deutero.
xij. & templo illo siue etiam in tota terra illa uerbo DEI
sanctificata, ubi Deus a populo illo, secundum uerbum
suum, coli & adorari uoluit. Quid, inquam, hoc est, nisi
quod grauius peccant qui ex uerbo norunt uoluntatem
Dei, & contra faciunt uel contemptores fiunt, ut Lucæ..

XXXxx iiiij. xij. Seruus

CAPVT

L.

xij. Seruitus sciens uoluntatem domini, et non faciens etc.

Videant hæc, qui loca, ubi prædicatur Euangelis
Contaminan- um, nituntur contaminare insana doctrina. Nam ad illa
tes habitacula uel sola festinant Phanatici & Prophaní spiritus, ut ui-
lent templum DEI, id est, mentes uerbo Spíritus sancti
institutas i. Corinth. iii. Videant & hæc qui absq; podo-
re, nullam honestatem curantes, audent illic turpiter ui-
uere, ubi maiestate Euangelica prædicatur remissio pec-
catorum & uita æterna in Christo. Sunt enim scandalū
Euangelio CHRISTi etc, quemadmodum Ieremias dicit
capit. xi. Quid est, quod dilectus meus facit scelera mul-
ta, & hoc facit in domo mea? Et Esaias capite, xxvi. In
terra Sanctorum iniqua gessit, quia non uidet gloriam
Domini etc.

Fugite. Vos Iudæi, uidelicet ubi Deus dede-
tit uobis libertatem per Cyrum. Sicut hirci, id est, ducto-
res & præcessores gregis.

Sagitte eius. De Persis Sagittarijs dicit, ut su-
periori capite dictum est.

Peccatum Ba-
byloniorum
quo pereunt,

Quia exultatis. Videlicet uos Babylonij, vi-
de hic peccatum, ob quod perituri sunt Babylonij. Quia
peccauerunt in populum Dei, & lætantur de spolijs in-
de raptis. Sed male quæsitus male disperit, de male
quæsitis, non gaudet tertius hæres. De qua sententia
iam ante sæpe diximus.

Mater uestra, id est, Babylon, O sagittarij
Id est, Perse.

Tradet manus suas, ut uicta, Tyranni, ue-
tus translator legit Columbae, ut alias diximus.

VL TIO Domini est, non fortitudo Per-
sarum,

IEREMIAE:

CCCCXXXVII.

Sarum, Ergo uos Persæ audenter inuadite Babylonios,
quia Dominus tradidit eos in manus uestras. Videant
hæc nostri Tyranni qui persequuntur Euangeliū
Christi, Cum inciderint in calamitates, quas certe non
effugient, sciant ultionem Domini else cui resistere non
poterunt.

Vindicta
DEI.

SEminatorem & Messorem, Id est, non ma-
neat ibi annona & uictus unde homines alantur & ui-
uant.

VT quisq;. De auxiliaribus copijs Babylo-
niorum dicit, & de aduenis in Babylone habitantibus,
qui omnes deferent Babylonem in periculo, ut se exi-
mant ab isto malo.

Israel fuit. Rursum dicit peccatum, ob quod Rursum pecca-
perire debet Babylonius, sicut perijt Rex Assur primū catum Baby-
lonis. ut scribitur Esaiae. xxxvij. Deinde per Nabuchodonos-
sorem. Vides hic quod propter unum populum Iudæo-
rum, perit totum imperium Assyriorum & prima illa
Monarchia, præstantior omnibus alijs sequentibus Mo-
narchijs, aureum enim caput fuit, ut dicitur in Daniele,
Metuant sibi igitur hoc Dei iudicium nostri aduersarij,
qui multo inferiores sunt Regno Assyriorum & Chal-
dæorum. Sic etiam olim perijt Aegyptus plagijs DEI &
maris rubro etc.

PRIMVM etc, ut legis. iij. Regum. xv. &
xvij.

Deinde contriuit, Fregit eum, & nihil robo-
ris ei reliquit uastando Iudæam, Ierusalem et Templum,
occidendo homines & captiuando.

VT pascatur. Id est, Iudeis, in terra ipsorum
YYYyy erunt

CAPUT

L.

Carmelus.
Basan.

erunt rursus pascua, pecora, fruges & rerum omnium copia, cum pace & gaudio, Carmelus mons est in Phoenicia, ubi Tyrus & Sydon urbes sunt in termino terrae Iudeorum. De terra Basan & Gilead sive Galaad trans Iordanem fertilis ad pascenda pecora, legis. Nu. xxxij. Montana Ephraim in Regno decem tribuum sunt citra Iordanem. His uerbis significat, quod uastato Regno Babylonis, rursus in suis terris bene habebunt, lege hec tractata supra capit. xxxi.

Renaſſio peccatorum Israe-
lites.

Impunitatio
DEI.

IN tempore illo. Remissio peccatorum promittitur. Israeli & placatus Deus post mala captiuitatis, quod non solum benefacturus sit eis corporaliter, sed etiam spiritualiter, data æterna peccatorum remissione, id quod sine Christo fieri non potest, per quem uenit nobis iustitia sempiterna, ablato peccato, Danielis. ix. Nota quod non dicit, Non erit peccatum propter satisfactionem, propter opera nostra meritoria etc, sed, Non erit peccatum, quoniam propicius ero relictis Iudæis, supra capit. xxxi. De testamento noua etc. Item Ieremias loquitur hic ut Paulus in Epistolis, quod Sancti sive credentes nunc nullum habent peccatum, non propter se, quia adhuc inueniunt in se peccatum, Roma. vii, sed propter remissionem peccatorum, qua remittit nobis peccatum Deus propter solum Christum, id est, non imputat ex gratia nobis peccatum, imputat vero nobis suam iusticiam, acceptat nos pro iustis & filiis DEI, quod ex nobis natura non sumus, ut in Psalmo dictum est. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum, Hac Dei imputatione sumus iusti coram Deo, non nostra dignitate aut iusticia, id quod Esaie, lx, de Ecclesia Christi

JEREMIAE. **CCCCXXXVIII.**
sta' CChristi dictum est, Populus tuus omnes iusti in per
petuum etc.

ASCENDE. o popule Persarum, Contra
habitatores uisitationis, id est, contra Babylonios qui ha
bitant in Babylone, que iudicio Dei uisitanda est.

EXECRA. Id est, fac eos Anathema, ut Io
suæ. vi. &. viij. etc. non relinque eis germen, ne rursum
postea crescant. Non parcitum illic else ne pueris quidē,
testatur Psalmus, Beatus, inquit, qui tenebit, o Babel, et
allidet parvulos tuos ad Petram.

MALLEVS. Id est, dominor & percussor Malleus B&G
Babylonius, qui paulo ante, alias terras & Iudeam con
bylon.
fringebat.

RETIA Ego posui, Non licet euadere quē
Deus constrinxit. Horrendum est incidere in manus
Dei uiuentis. Horrenda sententia Dei est. Ego indu
bo cor Pharaonis etc, Non metuant hoc AntiChristias
ni persecutores, ideo pereunt in his D E I laqueis ante
quam praeuidere possint. Blasphemant, oderunt, perse
quuntur Euangēlium Christi sedentis in dextera patris,
audire nolunt, sed potius experiri uolunt opus Domini,
id est, ultionem Dei nostri.

VOS a finibus, quasi dicas. **VOS** finitimi
Moedi & Persæ, Execrate eam, ut supra.

Clamor auditur etc, De reuersione Iudeo
rum rursum dicit, quod reuersi sub Cyro, magnificabit
& laudabunt Deum de iudicio in Babylonem & de mi
sericordia erga se.

Superbe egit, Perpetuo hic uides hostes
YYYYY n̄ populi

CAPVT

L.

Pecatum ad populi D E I perire propter blasphemiam & iniuriam, uersariorum qua oppresserunt populum qui habet uerbum D E I. contra Eccles. Sanctum Israelis, dicit Deum, qui sanctificat Israelem, siam quæ habet D E I uerbum & ueru cultum.

Virga in igne

ECCE filij Israel. Rursum Deus loquitur pro Iudeis, ut declaret solitudinem paternam erga eos, etiam postquam corripuit. Tunc enim Pater diligit filium, & uirgam, id est, Babylonum projicit in ignem, Redemptor, inquit, eorum fortis est, quem interim Tyranni persecutores nostri contemnunt.

DIVINATORES sunt Mathematici predictores & Prophetæ Babyloniorum, qui, ut Astrologi Regum, solent tantum bona prædicere & uaticinari suis Principibus per adulacionem.

SUPER AQVAS. Alludit ad aquas multas, per Babylonem fluentes, ut in Psalmo dicitur. Super flumina Babylonis etc. Et significat omnem abundantiam illuc Babylonij uertendam in penuriam.

Terra Idola-
tria.

QVIA est terra Idolorum. Non est, ut terra Israel, quæ est terra D E I. Non colitur in Babylonis Regno uerus Deus secundum D E I uerbum, quod habuerant patres Babyloniorum, qui prius terram Sennar, id est, Babyloniam terram post Diluvium inhabita uerunt. Et gloriabantur in portentosis factis, id est, uanis miraculis quasi Deorum. Hęc fiducia nihil est in tentatione, immo perditio est, ut hic Deus dicit & facit.

Vastata po-
litia.

PROPTEREA horrendae feræ. Non dispergo hic cum Hebraistis de nominibus ferarum, id quod non possum, nec mihi sumo, quod a principio dissi, nec prodest quicquam ad sententiam, Certe nulla commoda

IEREMIAE: CCCCXXXIX.

commoda fera hic significatur, sed Latrones & Homi-
cidē etc, Non erit ibi amplius bona Politia & pax, sed
potius horror & spelunca latronum, ut & Esaiæ, xij. &
xxxijij. De hac Phrasī diximus supra, capit. ix.

ECCE ascendit ut Leo. Expono hæc uer-
ba ut superiori capite, sed de Mœdis et Persis contra Ba-
bylonem. Alij hic rursum de Alexandro Magno con-
tra Babylonem exponunt, qui de uicto Dario Rege
Persarum, occupauit deinde Babylonem, Susam etc.

CAPVT LI.

ÆC dicit Dominus. Ecce Ego
excitabo uentum uehementem con-
tra Babylonem & contra inhabi-
tatores eius, qui cor suum leuaue-
runt contra Me. Et mittam in Ba-
bylonem uentilatores, qui uentila-
bunt eam, & terram eius expurgabunt. Hi undiqz
circum eam erunt in die afflictionis eius. Sagittarij
enim eius non sagittabunt, & armati eius non re-
sistunt, Nolite itaqz parcere iuuenibus eius, Execra-
te omnem militiam eius, ut interfecti iaceant in ter-
ra Chaldæorum, & uulnerati in plateis eius. Israel
enim & Iuda non derelinquentur uiduæ a D E O
suo Domino exercituum. Terra enim illorum
grauiter peccauit in Sanctum Israelis. Fugite ex
Babylone, ut saluet unusquiscqz animam suam, ne
YYYy iij intereat

CAPVT LI:

Intereatis in eius iniquitatibus, Quia hoc est tem-
pus ultiōis Domini, qui est retributor & retribu-
et ei.

Calix aureus Babylonis qui hactenus ine-
briauit omnes terras, iam est in manu Domini,
Omnis Gentes biberunt ex uino eius, inde infatua-
tæ sunt, Quam cito cecidit Babylō & contrita est:
Ululate super eam, accipite medicamen ad uulne-
ra eius, si forte sanetur, Curamus Babylonem, sed
non sanatur, Relinquit ergo eam, & reuertamur,
unusquisq; in terram suam, Plaga enim eius per-
uenit usq; ad coelum, & eleuata est usq; ad nubes,
Dominus manifestauit Iusticiam nostram, Veni-
te, narrēnus in zion opera Domini Dei nostri.

Nunc scilicet polite sagittas, præparate scu-
ta, Dominus excitauit spiritum Regum Moedo-
rum, Cogitat enim contra Babylonem, ut perdat
eam, Quia hæc est ultio Domini, ultio Templi
eius, Nunc scilicet exaltate uexilla super muros
Babylonis, augete custodias, constituite custodes,
Quia Dominus cogitat ut faciat quod locutus est
contra habitatores Babylonis. Quæ habitas ad
aquas multas, locuples ingentibus thesauris, finis-
tius uenit, & finis auaritiæ tuæ. Dominus Zeba-
oth iurauit per animam suam, Replebo te homi-
nibus quasi locustis, qui canent tibi celeuma.

Quid

IEREMIAE CCCCXL

QVI sua fortitudine fecit terram, & sua sapientia parauit orbem, & struxit ccelum prudenti ordinatione.

Ipse crepitum tonitruis sui dat copiam aquarum sub cœlo. Eleuat nubes ab extremitate terræ.

Facit fulgura simul cum pluuiâ, et educit uenatum ex occultis locis suis.

Omnes homines fatui sunt a sua scientia, & confunditur omnis faber aurarius a conflatili suo. Quia eorum idola sunt mendacium, & non est uita in eis.

Sunt mera uanitas & opera errorum, peribunt cum uisitabuntur.

At non est talis Ille qui est thesaurus Iacob, sed est qui omnia creat, & Israel est sceptrum hereditatis eius, Dominus Zebaoth est nomen eius.

TU ES Malleus Meus, & Mea arma. Per te Gentes conterui, & uastavi Regna, Iam equos tuos & equites conteram, tuos currus et aurigas conteram, tuos uiros & mulieres conteram, tuos senes & iuuenes conteram, tuos adolescentes & uirgines conteram, tuos pastores & greges conteram, tuos rusticos & iuga conteram, tuos principes & magistratus conteram. Quia retribuam Babylonii & omnibus habitatoribus Chaldaeorum omnem ma-

YYyy iiiij liciam

CAPVT L.I.

Iliciam quam exercuerunt contra Zion, coram oculis uestris dicit Dominus.

Ecce Ego sum contra te Mons pestifer, qui corrumpis omnes terras, ait Dominus. Ego extendam super te manum meam, & deuoluam te a petris, & faciam te montem combustum, ut neque lapis aliquis angularis neque lapis fundamentalis ex te accipiatur, sed eris æterna solitudo, dicit Dominus.

Leuate uexilla in terris, canite tubis inter Gentes, sanctificate Gentes contra eam, Vocate contra eam Regna Ararat, Meni, & Ascenas, constituite duces aduersus eam, adducite equos ut horridas locustas. Sanctificate Gentes contra eam, uidelicet Reges Mædorum cum omnibus eorum principibus & Magistratibus & totam terram potestatis eorum, ut terra tremat & expauescat, Quia cogitationes Domini aduersus Babylonem perficiuntur, ut faciat Babylonem solitudinem, in qua nemo inhabitet.

Fortes Babylonis non audebunt prodire in prælium, sed manebunt in Munitione, Desit fortitudo eorum, effeminati facti sunt. Habitationes eorum incensæ sunt, & repagula eorū confracta, Passim sibi mutuo occurrunt, passim nuncij sibi mutuo occurrunt, ut nuncient Regi Babylonis,
quod

IEREMIAE.

CCCCXL.

Quod Ciuitas eius capta est usq; ad terminum, &
uada præoccupata sunt, & stagna quoq; exusta, et
uiri bellatores expauescunt.

Quia hæc dicit Dominus Zebaoth Deus
Israel, filia Babel est ut area super quam trituratur,
Messis eius cito ueniet. NebucadNezar Rex Ba-
bylonis comedit me & uastauit, fecit me uas uacu-
um, deuorauit me, uelut Draco, Repleuit uentrum
suum delicijs meis, Eiecit me, Nunc autem inueni-
tur contra Babylonem iniuria mihi illata, & caro
mea, dicit habitatrix zion, & sanguis meus super
inhabitatores Chaldaæ, dicit Ierusalem.

Ideo hæc dicit Dominus, Ecce Ego defen-
dam causam tuam, & uindicabo pro te. Exiccamo
mare eius, & arefaciam fontem eius. Et Babel erit
aceruus lapidum, habitatio Draconum, porten-
tum, sibilus, ut nemo illuc inhabitet, Rugient simul
ut leones, et uociferabuntur ut catuli leonum. Ego
ponam eos in æstum ipsorum cum potu suo, & in
ebriabo eos ut exhilarentur et dormiant somnum
æternū unde nunquam euigilent dicit Dominus,
Deducam eos ut agnos ad maledictionem, ut aries-
tes cum hircis.

Qui fit, ut Sesach ita capta sit, & uicta illa in
toto mundo magnificata? Quomodo facta est Ba-
bylon ostentū inter Gentes. Mare ascendit super

ZZZzz

Babylōn

CAPVT LI:

Babylonem, & ipsa est obruta multitudine flus-
ctuum illius, Ciuitates eius factae sunt desertum,
arida et uacua terra, terra ubi nemo habitet aut am-
bulet. Ego enim uisitaui Bel in Babylone, et eripui
ex fauicibus eius quæ uorauerat, Non current ama-
plius ad eum Gentes, quia & muri Babylonis con-
ciderunt.

Egredimini ex ea popule mens, quisq; saluet
animam suam a furente ira Domini, ut non expas-
uescat cor uestrum et deficiat a clamore qui audie-
tur in terra. Clamor enim erit in anno, et post hūc
in anno altero etiam clamor propter iniuriam in-
terra, quia princeps erit contra principem.

Propterea ecce dies ueniunt, quando Ego
uisitabo idola Babylonis, & confundetur tota ter-
ra eius, & iacebunt in ea interficti eius. Cceli & ter-
ra & quicquid in eis est iubilabunt super Babel,
quod eins uastatores uenerunt ab Aquilone, dicit
Dominus. Sicut Babylon prostrauit in Israēl in-
terfectos, sic prosternentur interficti Babylonis
in tota terra.

Ite ergo qui gladium euasistis, nolite stare,
Recordamini Domini in terra longinqua, Ierusa-
lem sit uobis cordi. Nos confundebamur auditio
opprobrio, & confusio operiebat faciem nostrā,
quando

IEREMIAE:

CCCCXLII.

quando alieni ueniebant super Sanctuarium domus Domini. Propterea ecce dies uenient, dicit Dominus, quando Ego uisitabo idola eius, & in tota terra ingemiscerent uulnerati. Si ascenderet Babylon in coelum, & firmaret in excelso potentiam suam, tamen uastatores uenient a Me contra eam, dicit Dominus.

Auditur clamor in Babylone, & calamitas magna in terra Chaldaeorum. Quia Dominus uastat Babylonem, Perdit eam tanto strepitu & tumultu, ut fluctus eius sonent quasi aquarum multarum. Quia uastator uenit contra Babylonem, fortis eius capiuntur, arcus eius confringuntur, Quia Deus ultionum Dominus retribuit ei. Ego inebriabo eius Principes, sapientes, magistratus, duces & bellatores, ut dormiant aeternum somnum, unde nunquam euigilent, dicit Dominus, cuius nomen est Dominus Zebaoth.

Hæc dicit Dominus Zebaoth, Muri magnæ Babylonis suffodientur, & sublimes portæ eius igne succendentur, ut fiat labor Gentium inanis, & comburatur quod populi tanto labore ædificauerunt.

Hoc est uerbum quod Ieremias Propheta mandauit Seraia filio Neria filij Mahsea, abeunti cum Zedekia Rege Iuda Babylonem, quarto anno
ZZZzz ij Regni

CAPVT LI.

Regni eius. Seraia erat Princeps pacificus. Et Ieremias scripsit omne malum quod uenturum erat super Babylonem in librum, uidelicet, omnia hæc uerba quæ contra Babylonem scripta sunt. Et Ieremias dixit ad Seraia. Cum ueneris Babylonem, uide ut legas omnia hæc uerba, & dic, Domine tu locutus es aduersus locum hunc, ut eradices hic omnia, ut nō remaneat hic neq; homo neq; pecus, sed sit æterna solitudo. Et cum perlegeris librum, annexe ei lapidem et proïce in Euphratem, et dic. Ita submergetur Babylon, et non emerget ex perditione quam Ego inducam super eam, sed interibit. Hucusq; uerba sunt Ieremiæ.

Peccatum
persecutionis
et blasphemie
contra Ecclesiam.

Nequitia An-
tiChristianorum
contra Euangeli-
um Christi.

Pergit Ieremias prophetare contra Babylonios etc. Vide perpetuo quam sæpe admoneat Spiritus sanctus & uerbum quod locutum est per Prophetas, id est, filius DEI, de peccato Babyloniorum, propter quod incidunt in tantas calamitates iudicante DEO. Qui, inquit, leuauerunt cor suum contra Me, Gloriantur & horrendis blasphemij contempserunt Deum Israel, qui derat uerbum suum populo suo, ut qui non posset defendere suum populum & magnificauerunt suos Deostorii, & cultus, ut qui darent ipsis cultoribus tam insignes uitiosas. Sicut nostri persecutores confidunt in suis diuitijs & potentia, & quasi sancti sint suis Papisticis abominationibus & ridicula religione, in peccatis suis perditib; blasphemant, oderunt, persequuntur Euangelium Christi, & occidunt pios & sanctos homines. Hæc est dilectio &

IEREMIAE.

CCCCXLIII.

ctio & charitas eorum, de qua multa loquuntur, & clāmant bona opera, bona opera, qui interim pessime apud se uiuunt, ita ut non possint inuocare & adorare Patrem in Spiritu & ueritate, immo ne intelligunt quidem quid istae uoces significant. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & ueritate, Multi ex eis iam facti sunt Saducæi & Epicuræi apud semetiplos et apud suos bos nos socios Epicuræos. Omnes autem sunt Hypocritæ et nequam ut Esaias dicit. Simulant sese religionem defendere, & hoc nomine persequuntur ueram Christi religionem, sed aliud sub hoc nomine querunt. Ut enim Euangeliū glorię Dei contemnunt, oderunt, damnant, blasphemant, ita & AntiChristianam Papæ abominationem illam mundo pulcherrimam non multum morantur aut curant. Impugnant et persequuntur agnitarum ueritatem, quibus obtrusa & in aures & in oculos obiecta est, nunc ferè triginta annis tanta lux Euangeliū Christi, de quo Pater clamat e coelis. Hunc audite. Et per Mosen minatur, Qui Prophetam illum non audierit, Ego ulti existam, dicit Dominus. Et C H R Iſtus ipse dicit. Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangeliū omni creaturæ. Qui uos audit Me audit, qui uos suscipit Me suscipit, Qui uos spernit, Me spernit, & qui spernit Me, spernit eum qui Me misit. Si Me persecuti sunt & uos persequentur mendaces & Homicidæ, ut est Diabolus pater ipsorum. Quærunt sub nomine sue religionis, suis mendacijs & Homicidijs, ut diuites, potentes, sublimes magnis nominibus, fama super æthera notifiant. Sed D E V S effundet super eos iudicium Babyloniorum quod hic legis, & maius iudicium, propterea quod non Babylonij sed Christiani uolunt uideri. Ponunt laqueos innocentibus, ut in Psalmo dicitur, & dicunt, quis uidebit eos?

ZZ Zzz iii

bit eos

CAPVT

LI.

bit eos? Ne Deus quidem uideret. Sed certe Deus uideret
in corda eorum, ut hic dicit. Cor suum leuauerunt contra Me.

Virga in ignē

Verum Deus Pater ubi uirga percuferit, satis pro
Ipsius misericordia, filios suos, projicit hanc blasphemam et stultissime superham uirgam in ignem; ibi erunt
magni & maximi, ut perditii Babylonij. Sustinet eis inter
im uirgam patris uos filii DEI. Pater noster non sustinebit
in ultam hanc tam insignem hostium suorum blasphemiam. Videtis iudicia Dei ante a facta. Idem Deus Pater
noster, qui est Pater orphanorum & Iudeorum. Viduarum,
nondum est mortuus. Non euadent. Oremus uero Pa
trem Domini nostri Iesu Christi pro illis aduersarijs, qui
insipienter & ignoranter blasphemant & persequuntur
Euangelium salutis, qualis erat Paulus, qui dicit, Blas
phemus sui & persecutus sum Ecclesiam CHRISTI, sed
ignorans feci in incredulitate, ideo misericordiam con
secutus sum, ad exemplum ihs qui credituri sunt etc. De
qua re plura dicemus in tractatu blasphemiae Spiritus.

Noluerunt au
dire uocem
Domini, Ideo
perierunt.

Quin & Iudei castigati sunt propter idem peccatum, quo perditii sunt Babylonij, uidelicet, ut in Mose dicit Deus, & saepe repetitur in Ieremia & in omnibus fere Prophetis, quod noluerunt audire uocem Domini, sed pro uerbo & cultu DEI, suscepserunt doctrinas & mandata hominum, id est, ut Paulus dicit, Spiritus errois & doctrinas Dæmoniorum, ut nostri Papistæ suscepserunt, & pios homines & sanctos Prophetas uerbum Domini retinentes & docentes persecuti sunt et occidesunt, donec etiam crucifigerent filium Dei, ideo iudicio suo castigauit Deus Iudeos qui postea poenitentiam egerunt, impoenitentes autem Iudeos perdidit sicut Ba
bylonis.

IEREMIAE. CCCCXLIII.

Bylonios. Metuamus igitur hoc DEI iudicium, & pœnitentiam agentes reuertamur ad Dominum nostrum Iesum CHRISTUM, qui est Spes Israel. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo nos oporteat salvos fieri. Ipsius sit gloria in æternum; qui sedens in dextra Patris confringet in die iræ sua Reges, iudicabit in nationibus etc. Psalmo. Cx.

SAGITTARIJ. Id est, Bellatores Babyloniorum non resistunt aut resistere poterunt. Quia nocte, dum non speratur, imperfectus est Balthazar Rex Babylonis, ut dicit Daniel.

EXECRATE. ut supra dictum est, Cau<sup>Malitia pro
Militia.</sup> insigne erratum, quod hic corrupte uulgo legunt Malitiam pro Militiam, sicut & Esaiae. xl. Completa est Militia eius. Hic militia significat exercitus, in Esaia significat laborem militandi etc.

ISRAEL ENIM. Non derelinquet Deus illam Ecclesiam uiduam, Sicut Christus nobis dicit. Curat Deus etiam pro per Non relinquam uos orphantos, Vado quidem, sed rursum ditis filiis. sum uenio ad uos. Sed Assyriorum imperium, propter iniuriam Iudeis illatam, peribit etc. Egregia promissio, quod Deus sollicitus est, etiam pro filiis perditis. Sanctus Israel Deum dicit ut supra.

CALIX AUREVS. Calicem uocat, ut Calix aureus xxv. capite furorem Babylonici Regni & calamitatem. meretricis Babylonis ex etiam & ebrietatem eis tribuit, quia superatae Gentes posse in gloria Babyloniorum superbierunt. Aureum autem dicit, propter Regnum suum imperium, quod etiam cædibus & gloria stabiliebatur & dilatabatur.

ZZZzz iiiij. Aduerte

CAPVT

LI.

Aduerte, quod in Apocalypsi Iohannis capit. xiiij.
xvij., xvij., etiam multa est imitatio uerborum quæ Pro-
phetæ contra Babylonem loquuntur, sed de Roma dicit
Iohannes & de AntiChristiano Romanorum Regno,
quod olim occidit sanctos Christi martyres sola Tyrann-
ide, nunc per Papam & damnatos Papistas etiam falsa
doctrina & multis nominibus blasphemia. Dicit enim
non de perdita Babylone, de qua hic agitur, sed de re-
gnante Roma, quæ tum, cum Ioannes scribebat, Imperiu-
m tenebat super Reges terræ, ut uides Apocalip. xvij.:
Babylonis autem nomine uti uoluit, ut quasi ob oculos
poneret Christianis iudicium Dei contra quartam Mo-
narchiam, maxime contra Romanam, Tyrannidem, quæ
nunc sustinet Ecclesia Christi, ut scirent idem iudicium
illifuturum quod factum est primæ Monarchiæ, popu-
lum DEI persequenti etc.

Plage a Deo

Addit itaq; hic, In manu Domini est, ut sciamus ista
iudicia accidisse alijs Gentibus, non tam potentia Baby-
loniorum, quam Dei consilio, uoluntate & potentia etc.

ACCIPITE. Irridet, et declarat eam insana-
bilem, Quis enim auxiliari poterit ei quem Deus conte-
rit, Dialogo Poetice ferè hoc declarat. Vlulate etc res-
pondetur, Curamus etc, Itaq; dicitur, Relinquette eam
desperantes de sanitate eius, quæ non potest sanari, id
est, defendi, ne intreat.

DOMINVS manifestauit iusticiam no-
Hostes confu stram, Id est, iam uidetur palam quod Babylonij nobis
si, Pœnitentes iniuriam fecerint, nō solum nos uastando, sed etiam bla-
liberati. phemando Deum & doctrinam nostram. In persona Iu-
daeorum

IEREMIAE.**CCCCXLV.**

dæorum afflictorum & pœnitentiam agentium hæc dicuntur, qui uidebunt perditionem Babylonis. Et hoc agnoscere est iustitia nostra. Declarauit, inquit, tandem Deus, non quidem nos non esse peccatores, sed nos habere uerum Deum, figura autem else Deos & cultus Babylonis. Nunc testatur Deus toti mundo, quod nos sumus populus DEI. Liberati itaq; per Cyrum non hic maneamus, sed in Zion gratias agamus Deo, pro opere & beneficio misericordiæ suæ.

N V N C scilicet. Ironia & Sarcasmos est contra Babylonios. Præparate nunc uos in bellum, Dominus mittit uobis Mœdos etc.

FINIS AVARITIÆ TVÆ. stulta sapientia hominum, iudicat avaritia ædificari mundum, *Avaritia.* sed hac destruitur & perit, sicut in Babylonij uidere licet. Non potestis, ait Christus, Deo seruire & Mammonæ, Paulus. Avaritia est Idolorum cultus.

PER ANIMAM SVAM. Id est, per vitam suam, hoc est, per seipsum. Non enim habet Deus maiorem se, per quem iuret, ut supra capit. xlivij.

HOMINIBVS Videlicet, hostibus. Celeuma, supra capite. xxv.

QVI SVA FORTITVDINE. Cantum gratiarum actionis interim Propheta canit DEO *Canticum Iesu* contra superbiam & avaritiam mundi, quæ est summa remie contra stulticiæ, dicens, Nos habemus Deum, qui omnia facit in *Superbiam et avaritiam.* cœlo & in terra, qui liberat populum suum a malis, et est nobis thesaurus, & incomparabiles diuitiae. Vos sapientes estis stulti, quia habetis Mammona Deum qui in die angustiæ uos deseret, atq; adeo perdet, Christus dicit.

Aaaaaa Quid

CAPVT

LI.

Quid prodest homini, si universum mundum lucretur,
anima vero suæ detrimentum patiatur? Perierunt Ba-
bylonij, domitores orbis terrarum, quibus omnia quæ
rapuerant nunquam erant satis, sed avaritiae studebant
donec interirent. Nunc apud nobiles & vulgus omnes
avaritiam sequuntur, usuris & quaestu perdunt mun-
dum. Admonemus nomine DEI, rogamus eos, ne sic
pergant, sed frustra. Canamus ergo hoc Canticum eis,
qui retinent frumenta, ut miseri uel fame moriantur uel
duplicem eis dent pecuniam, gratias agamus Deo qui
est Thesaurus noster & Rex noster, per quem in diebus
famis saturabimur. Rideant illi interim nostrum The-
saurum Deum, ueniet eis hora, ut Babylonij, quando
uicissim Deus noster riserit eos. Aurea itaq; in hoc can-
tico sententia est, qua Spiritus sanctus secernit sapienti-
am mundi, cum singitur iusticia humana coram DEO,
& uanus DEI cultus, quem Deus suo uerbo non præ-
scripsit, cum somniant homines sibi thesaurum magnum
esse illud Diaboli sterlus Avaritiam, secernit, inquam, a
populo Dei, a uerbo Dei et fide siue fiducia in DEVM,
qui est thesaurus fidelium. Illa apud Gentes sunt, id est,
infideles, quemadmodum Christus dicit. Hæc omnia
Gentes inquirunt, hec apud Israel populum Dei. In tem-
pore necessitat̄ appetit p̄imum stultitia sapientiae hu-
manæ, & quid prospicit ficta religio, tantum abest ut tunc
protegant, quemadmodum insultat impijs Moses in
Cantico. Vbi nunc sunt Dīj eorum in quibus habebant
fiduciam? Surgant et opitulentur uobis, & in necessita-
te uos protegant.

Malleus DEI
Babyloniam
uicissim conte-
ritur.

TV BABYLONES MALLEVS.
Meus & Mea arma, quibus Ego Deus hactenus usus
sum ad:

IEREMIAE: CCCCXLVI.

sum ad conterendum & puniendum Gentes & ad cas-
tigandum populum meum Israel, sed nunc Malleum,
qui omnia contriuit, conteram etc, Montem etiam uo-
cat Babylonem, id est, magnum Regnum & forte impe-
rium, Pestiferum autem, quia, inquit, corrumpis omnes
terras, tua peste, id est, Idolatria & uastatione, Extendam
etc, id est, eris inutilis mons, Regnum amplius non eris.

SANCTIFICATE. Id est colligit, sepa-
rate in hunc bellum usum contra Babylonem, supra capi. i.
Leuate uos hostes Babyloniorum, uocate, colligit, ex-
ercitum & auxilia.

ARARAT est Armenia, in cuius monti-
bus requieuit Arca Noe, Gene. viij. Meni, ubi pugna-
bat Iephthe, Iud. xi. Ciuitas Arabum erat, qua itur Phiz
Iadelphiam, quae urbs est Arabiae. Ascenas autem fuit
nepos Iaphet Gen. x. vnde Iosephus Antiquitatum lib.
L. &c. xi. uenire dicit Ascenezeos qui nunc Regini a
Græcis uocantur. Sunt autem Regini in finibus Italæ
ad mare contra Siciliam. Significat uero ex his locis con-
gregandos siue etiam conducendos milites aduersus Ba-
bylonem.

Ararat,
Meni.
Ascenas.

FORTES BABYLONIS. Deus abstu-
lit eis animum & pauidos fecit, quia perire debent, hoc
fatentur periti duces, se posse aliquo modo præsentire et pauor etc,
uictoriæ, quando alacri animo sunt milites. Hoc facit in Cantica
interim Deus, Contra accidit trepidantibus & pauentis Mosis,
bus etc.

FILIA BABEL siue Babylon etc, Iam de-
metetur ipsa.

COMEDIT ME, Haec in Persona Iudæo
Aaaaaa ij orum

CAPVT LI.

Occulta suorum se dicere postea testatur cū addit, dicit habitatrix spiria Ecclesie contra hostem Babylonem, in afflictione, prolata, quæ certe audit Dei stes DEI. etc, Per hæc describit occulta suspiria, ad Deum, contra Babylonem, in afflictione, prolata, quæ certe audit Deus, Nam Roma. viij. Spiritus postulat pro nobis gemis tibus inenarrabilibus, quemadmodum hic dicit, Ecce Ego defendam causam tuam etc, Inde factum est, ut totum imperium illud periret propter tyrannidem Iudeis illatam. Timeat hodie sibi Papisticum Regnum, quod tot suspiria & lachrymas & preces Christianorum contra se sua tyrannide prouocat. Accusatum est, damnatum est, peribit. Superbia eorum Domine quite oderunt ascendit semper, Exurge. Domine iudica causam tuam etc.

Exicabo omnia ibi, etiam mare.

Ardor auaritiae & glorie perdit tyran nos.

Sesach.

EXICCABO MARE EIVS. Vel ex hoc intellige qui accipiatur in Prophetis Sempiterna solitudo uastatorum Regnorum. Nam his Hyperbolis, omnia quæ illuc glorioſa & potentia & bona erant, pertinera significantur, ut non sit Regnum, Politia, Religio etc.

EGO PONAM EOS. In æstu & siti ipsorum dabo eis potum ipsorum, In calore fortiter bibitur, Itaq; his uerbis significat Dominus, quod uult incendere Babylonios ardore auaritiae & gloriae (sicut est & illud, Indurabo cor Pharaonis) ut fortiter bibant, id est, res alienas & homines sibi subdant, ut inebriasi, id est, cum saturi & securissimi sunt, Dormiant, id est, pereant cum Regno.

QVI fit &c. Vel hoc loco uides Sesach Babylonem esse, ut dixi, ca. xxv.

MARE, id est, exercitus hostium.

Egredimini

IEREMIAE. CCCCXLVII.

EGREDIMINI. Sic admonet Iudeos, ut
ubi audierint appropinquantem exercitum, non sint con-
clusi in Babylone, aut saltem in Babylone cauti, & sperent
liberationem a DEO promissam. Quemadmodum &
Christus de Hierosolymis perituriis dicit, Cum uideritis
ab exercitu circumdari Ierusalem, tunc qui in Iudea sunt
fugiant ad montes &c. Sic & in Apocalypsi admonemur
egredi ex impietate Romana.

Admoniti,

* CLAMOR enim erit in anno. Id est, uno & altero anno praecedente audietur fama de prælio, & multa apud Babylonios, per iniuriam & uiolentiam, & mutuā inter se rapinam & homicidia, sicut, ut etiam Principes inter se illuc conflictent uel sint discordes, quemadmodum fit, quando Regnum aliquod perire debet. Tunc primum seipsum incipit iudicio DEI destruere, Concordia enim parue res crescunt, discordia magnæ dissipabuntur, quemadmodum legis horrendas seditiones fuisse Hierosolymis ante nouissimam uastationem, ut scribit Iosephus.

*Spiritus uera
tiginis discor
diarum & se
ditionis.*

Cœli & terra. Et angeli & homines gaude-
bunt et gratias agent Deo, quod uindicari blasphemiam & homicidia Babyloniorum, Turcarum, Papistarum. Hoc interim desideratur, & suspirant homines presi, postulantes a Deo iudicium, quando tyranni & blasphemati gloriosi sibi uidentur & magnifici se putant, sed hoc Dei iudicium declarabit omnia. Sunt itaq; damnati Tyranni & heretici, id est, uerbi Dei peruersores, damnati, inquam, suspirijs & præcibus hominum, antequam iudicium Dei uidetur & sentitur, Haec uerba imitatur Iohannes in Apoc. ca. xix, & ita nunc sit & fiet amplius. Nam filius pers

*Gaudetur per
ditis impijs
persecutorib.*

Aaaaaa ij ditionis

CAPVT LI.

ditionis perit spiritu oris Christi, id est, Euangelio sancto
reuelato &c.

ITE ERGO. Admonitio Spiritus ad Iudeos. Qui estis Iudeorum reliquæ, post tantam cladem
uel his mirabilibus Dei admoniti, agnoscite patrem Deum,
& cupite reuerti Jerusalem, Nos Iudei confundebamur quando uastabatur Jerusalem &c.

*Quis confi-
set.?*

SI ASCENDERET. Id est, Si etiam potest
tentissima fuerit, tamē nihil erit, me perdente eam. Quem
admodum hodie uidemus, quod papæ regum, uel uno in
uidente Monacho, stare non potest. Quia uastator eius
missus est a Deo, & uerbo Dei pugnat.

*Muri Babyl-
onis.*

LABOR GENTIVM EST, quod
Gentes laborauerunt ut tantam ciuitatem cum tanta po-
tentia haberent. Siquidem muri Babylonis habuerunt in
altitudine ducentos pedes, in crassitudine quinquaginta,
ut habent historiæ.

HOC EST VERBVM. Verbo man-
dat addi signum in Babylone per Saraiam, qui uidetur
frater esse Baruch. Ita submergetur &c, horum uerborum
imitatio est Apoc. xvij. De qua superiori capite dictum
est.

ABEVNTI CVM ZEDEKIA. Hoc
tunc licebat, quando adhuc Zedekia sub tributo seruie-
bat Babylonio Regi.

PRINCEPS PACIFICVS, id est, amans
uerbi Dei.

*Eius Prophe-
tie Jeremias.* Hucusqz. Id est, Hic finem habet proph-
etia Jeremias, Ideo quod caput sequitur, non Jeremias est,
sed ex historia Regum & Paralipomenon huc adiectum
ad intelligendum uerba Prophetæ.

Caput

IEREMIAE: CCCCXLVIII.
CAPVT LII.



NNOS uiginti unum natus erat Zedekia, cum regnare coepisset, & undecim annis regnauit in Ierusalem, Nomen matris eius erat Hamutta, haec erat filia Ierenia de Lebna. Et fecit malum coram oculis Domini, iuxta omnia quae fecerat Ioiakim. Quia ira Domini erat super Ierusalem et super Iuda, quo usque proceret eos a facie sua, Et defecit Zedekia a Rege Babylonis.

Anno autem nono Regni eius, decima die mensis decimi, uenit NebucadNezar Rex Babylonis cum omni exercitu suo contra Ierusalem, & obsederunt eam, & fecerunt sibi munitiones per circumitum eius. Et obsidebatur ciuitas usque ad undecimum annum Regis Zedekiæ. Nona autem die quarti mensis, quando fames pressit ciuitatem, nec fuerunt alimenta amplius populo terræ, irruptum est in ciuitatem, Tunc fugerunt omnes viri bellatores, & exierunt de ciuitate nocte, per viam portæ, quæ est inter duos muros, & dicit ad horum Regis.

Chaldæi autem obsidebant urbem per circumitum, Et dum abeunt illi per agrum, persecutus est Chaldeorum exercitus Regem, & compræ

Aaaaaa iiiij. henderunc

CAPVT

LII:

henderunt Zedekiam in agro prope Iericho. Et omnis exercitus eius dispersus est ab eo. Cumq; compræhendissent Regem adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Riblath, quæ est in terra Hæmath. Is dixit sententiam contra eum, Et iugulauit Rex Babylonis filios Zedekia coram oculis eius, iugulauitq; omnes Principes Iuda in Riblath. Zedekiæ autem eruit oculos, & uinctum catenis adduxit secum Rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in carcerem usq; ad diem mortis eius.

Decima die mensis quinti, qui est annus decimus nonus NebucadNezar Regis Babylonis, uenit in Ierusalem Nebusar Adan princeps exercitus, qui solebat assistere Regi Babylonis, Et incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domus Ierusalem, et omnem domum magnam igne combussit. Et totus exercitus Chaldaeorum, qui erat cum principe exercitus destruxit omnes muros Ierusalem per circumitum. Pauperem autem populum, & reliquum uulgas ciuitatis, & qui perfugerant ad Regem Babylonis, & reliquos operarios in populo, abduxit Nebusar Adā Princeps exercitus captiuos, Et de pauperibus populi terræ reliquit Nebusar Adan princeps exercitus uinitores & agricolas.

Sed

IEREMIAE:

CCCCXLIX:

Sed columnas æreas domus Domini, & bases, & mare æneum domus Domini, confregerūt Chaldæi, & tulerunt omne æs ex illis in Babylōnem. Et abstulerunt lebetes, creagras, cultellos, pœues, cochlearia, & omnia uasa ænea, quæ in cultu Dei fuerant. Præterea abstulit Princeps exercitus aurum & argentum quod erat additum calicibus, thuribulis, pœlibus, lebetibus, candelabris, cochlearibus & phialis. Item columnas duas, & Mare illud singulare, duodecim boues æreos, qui erant illius bases, quos fecerat Rex Salomon pro domo Domini. Supra modum multum erat eris harum rerum.

Duae illæ columnæ habebant singulæ in altitudine decem & octo cubitos, & funiculus longitudinē duodecim cubitorum circumibat unam quamq;. Erant crassitudine quatuor digitorū, intus concavæ. Et capitella super utramq; erant ereæ altitudine quincq; cubitorum, & in circumitu capiellorum erant funiculi & malogranata, Omnia hæc ex ære erant. Et erat una columnæ ut altera, similiter & malogranata æqualia sibi erant. Et erant talia malogranata nonaginta sex addita, Sed omnia malogranata erant centum in uno funiculo circumpendentia.

Et princeps exercitus accepit Seraia Sacerdotem

CAPUT LII.

dotem primi ordinis, & Zephania Sacerdotem
secundi ordinis, & tres atrij custodes; Cubiculari-
um unum ex ciuitate qui fuerat praefectus militi-
bus, & septem viros qui astiterant Regi, qui inuen-
ti sunt in Ciuitate, & Sapher principem exercitus;
qui experitur militarios, & sexaginta viros de po-
pulo terrae, qui inuenti sunt in ciuitate, Accepit, in-
quam, hos Nebusar Adan princeps exercitus, &
attulit Regi Babylonis in Riblath, Et percusit
eos Rex Babylonis, & interfecit eos in Riblath
quae est in terra Hemath. Atq[ue] ita translatus est Iu-
da de terra sua.

Hic est populus quem transfulit Nebucad-
Nesar, uidelicet in anno septimo, Iudaeos tria milia
& uiginti tres, in decimo octavo anno Nebucad-
Nezar, de Ierusalem animas octoginta & triginta
duas. Et uigesimotertio anno Nebucad Nezar, ab-
duxit Nebusar Adan Princeps exercitus ex Iuda
animas septingentas & quadraginta quinque, Om-
nes animae abductae sunt quatuor milia & sexcen-
tae.

In anno autem trigessimo septimo captiuitas
Ioiachin Regis Iuda, die uigesima quinta mensis
duodecimi, Eui Merodach Rex Babylonis, in an-
no quo factus est Rex, exaltauit caput Ioiachin Re-
gis Iuda, & educens eum ex carcere consolabatur

CILAS

TEREMIAE: CCCLI

eum, & posuit sedem eius super sedes Regum qui cum ipso erant in Babylone, & mutauit ei uestimenta carceris, ut ederet coram ipso semper cunctis diebus uitæ suæ. Et quæ ad uictum pertinent perpetuo dabantur eia Rege Babylonis, statuta per singulos dies, cunctis diebus uitæ suæ, usq; ad diem mortis suæ.

DE hac Historia diximus cap. xxxix. Regnum, Sacerdotium, Politia, Templum, urbes, nobiles, diuites, Doctores, artifices pereunt, Quid illuc remanet? Hoc uoluerunt. Contempserunt DEI bonitatem & promissiones, Ergo hic experiuntur comminationis eius ueritatem.

*Veritas conuincionis
DEI.*

Quod autem Ioiachin Rex Iuda post trigesimum-septimum captiuitatis annum exaltatur in Babylone, *ut men Davidis.* hæc causæ illuc potuerunt esse apud homines, sed Deus hoc fecit, ut seruaret Semen Davidis, unde CHR Istus secundum premissionem nasceretur ut alibi ante diximus.

DE HISTORIA CONTINVA.

Ut post hæc gesta, continuam habeas, optime Le^tor, historiam, lege Herodotum, hic in fine secundi sui storiam per libri, memorabilem impietatem & iudicium Dei scribit petuam & de Aprie Rege Aegypti, quem Ieremias supra capite *tinuum,* xliij, uocat Pharaonem Haphra, Fertur inquit, Apries ea fuisse persuasione, ut nullus neq; Deorum neq; hominum posset ipsi adimere Regnum, adeo uidebatur s^{ed} bbbb n bi illud

DE BLASPHEMIA

bi illud stabiliſſe, Et tamen tunc egressus, prælio fugatus est, uiuusq; captus, & ad urbem Saim ductu ad ædes quæ ipsius ante a fuſſent, tunc autem Amasis regia, ſbiq; quam diu in regia paſcebat, eum Amasis honeſte aſſeruauit, Tamen incuſantibus Aegyptijs, non iuste aſgere, quod ſuum & ipſorum inimicissimum aleret, ita ille tradidit Apriem. Eum iſti ubi strangulauerē, pateris in monumentis ſepelierunt etc. Quidam aſſerunt ſed incerto autore, Ieremiam lapidatum a Iudæis in Aegypto permittente uel etiam mandante Aprie ſive Pharaohne Haphra, Verum de hoc nihil conſtat nobis ex hiſtorijs probatis. Veriſimile tamen eſt impiſſimum tyrannum & desperatiſſimos Iudæos, non ultra ſuſtinuisse, quod Ieremias uaſtationem Iudæorum in Aegypto, & Aegypti & Regis prædiceret. Qui quæſo hoc tanta arrogantia ferret?

FINIS.

DE BLASPHEMIA IN SPIRITVM SANCTVM.

Blasphemia
Spiritus, Pec-
atum ad mor-
bos.

C Apite xlviij. Jeremiac manifeſte uides Blasphemiam in Spiritum sanctum, id eſt, impugnationem ueritatis agnitiæ, de qua Christus dicit in tribus Euangelistis. Nam Iudæi, qui traxerant fecum Ieremiam Prophetam in Aegyptum, postquam nunc perditis Hierofolymis, nimio plus, uel ipſa experientia, cognouerunt ueritatem uerbi Dei in sancto Propheta, cui ante credere noluerat, tamen adhuc obſtinati, ut diabolus hostis Dei, non ut homines

IN SPIRITVM SANCTVM CCCLI.

m̄ines peccatores, audent horrende blasphemare in facie
em D E I, pro suis impiis cultibus & pro sua Regna cœli
dicentes, Non audiēmus te, secundum uerbum quod lo-
queris nobis in nomine Domini, sed faciemus secundum
omne uerbum quod egreditur ex ore nostro, & incende-
mus thus Reginæ siue Melecheth cœli, & eidem offere-
mus libamina, quemadmodum nos & nostri patres, Re-
ges & principes nostri fecerunt in ciuitatibus Iuda & in
plateis Ierusalem. Tunc abundabamus panibus, & bene-
nobis erat, & non uidebamus malum. Postquam autem
cessauimus sacrificare Reginæ siue Melecheth cœli, &
offerre ei libamina, sustinuimus omnem penuriam, per-
diti per gladium & famem &c.

Quæ sunt blasphemiae hodie aduersiorum Dei &
Christi, contra Euangelium, quod nunc Gratia Dei tan-
ta luce reuelatum est, & interficit AntiChristum ij. Tess.
ij. quem paulo post Christus abolebit etiam claritate ad-
uentus sui. Siue, inquiunt, Deus sit ista Euangelij doctri-
na siue Diabolus, non sustinebimus, quia incommoda est
nobis ut maxime uideamus eam esse Dei ueritatem, ut
maxime etiam nunc fere totus mundus ex ipsa Euangelij
ueritate nostram impietatem & impudentiam damnet,
tamen non sustinebimus nostros cultus & patrum nostro-
rum damnari, Non habemus uerbum Dei quo nostros
sicutos Dei cultus statuamus & laboramus malis conscienc-
ijs, sed tamen in aperto blasphemare non cessabim⁹ hanc
Dei doctrinam esse haeresim, esse a Diabolo, & perseque-
mur eam ut opprimamus sanctos Christi confessores,
quia potentes sumus, & si potentia nostra non satis fuerit
addemus mendacia nostra, astus & insidias, ut quoquo
modo opprimamus innocentes, Mentiemur omnia mala
quæ nunc accidunt per Turcas, per annone caritatem, per

B b b b b iii bella.

DE BLASPHEMIA

bella, per homicidia, etiam quæ nos ipsi timore Dei ablesco facimus, accidere nobis propter istam doctrinam, ut sic nostris blasphemis, homicidiis, mendacijs auertamus homines ab illa doctrina, & concitemus totum mundum contra innocentias, qui nihil peccant in nos, ut interim permittamus altissimam pacem & gloriam blasphemis & homicidiis, qui viliunt in sanctitate patrum nostrorum, id est, in Sodomis & Gomorrhis, ut nos. Hæc erit charitas nostra, erga Sanctos, de qua multum prædicamus, & charitatibus omnia Christo nihil, Paulus dicit, Col. 1. Charitatem erga omnes Sanctos, Non præstabimus charitatem erga Paulinos Sanctos, sed summo & diabolico odio eos persecuemur, donec extirpentur, & eradicentur de terra, etiam si Deus nolit, Psal. xiiij. Ligua nostra regnemus, nostrum est dicere, quis nostri dominatur, &c.

Non habent
excusationem

Quam quæso isti diabolentes homines habent excusationem de ignorantia, quibus nunc fere triginta annis obiecta & obtrusa est ipsa clarissima Dei ueritas in oculos & in aures, etiam tam saepe in ipsis Comitijs imperialibus, atq; adeo etiam in conscientias eorum, ita ut nunc malis conscientijs laborent contra Euangelium salutis? Non habent uerbum Dei quo sua tueantur, Non habent uerbum Dei quo nostra confutent & damnent, ut non dicam quod habere non possunt, nam nostra suat Dei & Domini nostri Iesu Christi, Nostra doctrina est Prophetarum Dei & Apostolorum Christi, quæ docet nihil aliud ad iusticiam & salutem quam Dominum Iesum CHRISTUM Ephe. ij. Doctrinæ autem Papistarum sunt doctrinæ dæmoniorum, in hypocrisi, id est, ficta sanctitate & specie ueritatis, loquentium mendacium, & cauterizatam habentium conscientiam, prohibentium nubere & cibos, quos

quos treauit Deus ad percipiendum cum gratiarū actio-
ne fidelibus & ijs qui cognouerunt ueritatem, i. Timo-
tij. Et quod mireris, ne suspiceris eos ônino ignorare, de-
doctrina nostra eognouerunt & iudicauerunt in Comi-
tijs, quod non sumus haeretici sed tantum schismatici.
Non haereticis id est, quod nihil docemus contra uerbum
Dei & articulos fidei, sed omnia docemus ex sacra scriptu-
ra pro articulis fidei Christianæ, hoc testimonium dedes-
runt nobis aduersarij nostri in publicis Comitijs, sed iam
propter doctrinam Christi effundunt sanguinem innoxio-
rum, An non impugnant ueritatem agnitam? Schismati-
cos uero nos dixerit, quod deseruimus Babylonem, Ro-
manam illam meretricem, traditiones humanas, doctri-
nas dæmoniorum, quas ipsi uerbo Dei & scripture san-
ctæ siue articulis fidei addiderunt, obscurantes per eas
Euangelium Domini nostri Iesu Christi, magna blasphem-
ia & negatione Christi eis confidentes, & propter eas
homines occidentes, blasphemii & homicidae non minus
quam Turca est, si non magis, uidelicet sub nomine Chris-
ti. Atq; ita reuersi sumus nos miseri peccatores ex captio-
uitate Babylonica, ex erroribus & impietatibus nostris,
ad Deum uiuentem patrem nostrum, ad Dominum no-
strum Iesum Christum Ecclesie sive sponsum, maritum
nostrum, & suscepti sumus ut filius perditus, Lucæ xv.
Pater occidit nobis uitulum saginatum, induit nos ueste-
noua, insigniuit annulo fidei, fecit gaudium, cantica & tri-
pudium in tota domo sua, Gaudiū enim est angelis DEI
uel super uno peccatore poenitentiam agentे, Hic dici-
mus cum Psalmo quarto, O uiri, quousq; gloria mea erit
opprobrio? quare diligitis uanitatem, & queritis men-
daciū? &c.

Noꝝ recessimus ab Ecclesia Christi in qua semper
B b b b b iij fulmūs

DE BLASPHEMIA

Non defecimus a Christo fuiſmus, Non recessimus a Christo in quem ſiſmus, baptiſ-
zati, ſed præſi & oppræſi fuimus ſub AntiChristianis
erroribus, blaſphemijſ & abominationibus, traditionibus
humanis & doctrinis dæmoniorum, q̄ras nunc cognita
Euangelij ueritate reiſcimus ad AntiChristum & diabo-
lum, unde nobis uenerunt, & ſiſmus filii Dei in Ecclesia
Sanctorum, Hoc uos uidentes & audientes odio habetis
nos, ut Cain Abelem, & receditis ab Ecclesia uera, a Deo,
a Christo, non Schismatici ſolum ſed etiam haeretici, tur-
piſſimi negatores Christi, qui Euangelium Christi & fa-
dei in Christum damnatis, blaſphematis, persequimini,
Non uides q̄ nuper Louanienses Theologi ſcripſerunt in
ſuis illis articulis, hiſ uecbis, Fides qua quis firmiter cre-
dit, & certo ſtatuit, propter Christum ſibi remiſſa eſe pec-
cata, ſeq̄ poffeturum uitam æternam, nullum habet in
ſcripturis testimonium, immo eisdem aduersatur, Habes
Christum in ſuo ſaluatori officio, quod ipſe Christus ſolus
eſt iuſticia noſtra, damaſtum a louamenib⁹ Theologis,
damaſtam fidem in Christum, damaſtum Euangelium
ſalutis noſtræ, damaſtam totam ſacram ſcripturam, De
qua Petrus plenus Sp̄itu ſancto nomine omnium Aſ-
toſtolorum, dicit Actorum, x. gentilibus militibus in
domo Cornelij contra Louaniensem blaſphemiam, ſic,
Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, remiſ-
ſionem peccatorum accipere per nomen eius, quotquot
credunt in eum, Et Iohannes de ſuo Euangeliō ſive de
ſcriptura noui testamenti dicit, Haec autem ſcripta ſunt, ut
credatis quod Iesuſ eſt filius, & ut credentes uitam habeas
eis per nomen eius, Et Christus dicit, Ego ſum uia, ueritas
& uita Nemo uenit ad patrem Nisi per Me, Iohannes Ba-
ptista, Qui credit in filium habet uitam æternam, Qui no-
credit in filium, ira Dei manet ſuper iſpum &c. quæ dicām
iufca.

Si qui

IN SPIRITVM SAN.

CCCCLIII.

Si qui adeo indocti sunt in sacra scriptura, ut ita blasphemant ex ignorantia, oramus pro eis, ut CHRISTUS ignorantes. orauit. Pater ignosce illis quia necluent quod faciunt. Si uero impugnant, blasphemant, condemnant agnитam & cognitam ueritatem, non oramus pro eis. Quia Iohannes dicit. Est peccatum ad mortem, non dico ut pro eo quis oret, Hęc est blasphemia in Spíritum sanctum, de qua CHRISTUS pronunciat, Non remittetur ei in æternum, sed reus erit æterni iudicij. Volunt potius extra Ecclesiam Christi, esse hostes Ecclesiæ, quam in Ecclesia fieri filii Dei per fidem in Iesum Christum filium DEI, horrendum est hominem fieri hostem DEI, quemadmodum Diabolus est, hostis DEI. Horrendum est incidere manus Dei uiuentis, ut accidebat istis Iudeis qui traxerant secum Ieremiam in Aegyptum.

Ideo Dominus Deus in Propheta Ieremia exprouerat eis & damnat in eis, hanc non humanam, sed Diabolicalam pertinaciam, dicens. Vere Dominus recordatus est incensi, quod uos in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem incendistis cum patribus uestris, Regibus & Principibus, & omni populo terræ, & sic attendit corde, ut amplius non sustineret maliciam studiorum uestrorum & abominationes uestras quas faciebatis. Vnde & terra uestra facta est desertum, stupor, maledictio, ut nemo illuc inhabitet, sicut hodie uidere licet. Quia thura incendistis & contra Dominum peccastis, uocem Domini non audistis, nec in lege, iudicijs & testimonijis eius ambulastis, Ideo & malum accidit uobis, sicut hodie uidere licet etc. Et profert Deus statim, ibidem in Ieremia, horrendam sententiam cum iuramento, contra tales, non amplius homines (non enim est hoc humanum peccatum) sed plane Diabolica superbia Dæmones, dicens.

Ccccc

Audite

DE BLASPHEMIA

Audite ergo uerbum Domini uos Iudei, qui habitatis in Aegypto. Ecce, E GO IV RO PER NOMEN ME V M M A G N V M, dicit Dominus, quod non nominabitur ultra nomen meum per os ullius hominis, qui est ex Iuda in toto Aegypto, qui dicat. Viuit Dominator Dominus, Ecce, Ego uigilabo super eos in malis, & non in bonum. An non haec est eadem sententia Dei, quam Christus Iudex uiuorum & mortuorum profert, Non remittetur ei in aeternum, sed reus erit aeterni iudicij.

Non ergo licuit mihi in Ieremias, capit. xlviij. disstulare, ut non dicerem de hac horrenda DEI sententia contra blasphemiam in Spiritum sanctum, quam Iohannes uocat peccatum ad mortem, Nolui autem in eo loco, ut ante dixi, sed hic seorsum, ut explicatus dicam, aedendo quedam de iustificatione siue de remissione peccatorum omnium, ne periculose doceamus de blasphemia Spiritus, quasi neget Christus Remissionem omnium peccatorum, quando dicit, Blasphemiam Spiritus non remittendam in aeternum, & quasi Iohannes neget remissionem omnium peccatorum in Ecclesia per Christum, quando dicit aliquid peccatum esse ad mortem pro quo non sit orandum. Si quidem turbatae bonorum hominum conscientiae rapiunt hoc contra se dictum, quasi ipsi peccarint peccatum ad mortem, id quod mihi praecepero accidit ex scriptis Doctorum, qui ex uerbis CHRISTI faciunt multas species peccati in Spiritum sanctum, video hoc, & accidisse alijs multo periculosius usq[ue] desperationem, qui nullo modo blasphemauerant Spiritum sanctum, et tamen quasi rei ab ipso Diabolo urgebantur per desperationem ad mortem, quorum aliquos ego liberavi per Euangelium Domini nostri Iesu CHRISTI.

Qui

Non est illam
peccatum tam
grande, quod
non remittatur
conuersis ad
Christum.

IN SPIRITVM SAN:

CCCCLiiii.
Qui autem reisunt æterni iudicij, ut CHRISTus ait, per blasphemiam in Spiritum sanctum, illi nihil metuunt, sed pergunt intrepidi, donec iudicio DEI pereant, ut Pharao. Ne itaq; periculoſe scribam de hac blasphemia, addam de Remissione omnium peccatorum per CHRISTum omnibus peccatoribus & blasphemis, qui conuertuntur ad Christum, quæ fortassis videbuntur fastidienti Lectori, etiam pio, in hoc tractatu, superuacua, sed tamen erunt laborantibus conscientijs necessaria, quibus in tempore temptationis Diabolus, mira arte & astutia, subuertit omnes consolationes & promissiones DEI, quasi eas non pro ipsis, sed contra ipsis dixerit DEVS, quales ego uidi, audiui, sensi, sustinui disputationes eorum, mirabiles quidem, sed ex Diaboli temptatione profectas, donec Deus suo Spiritu sancto per Euangelium liberaret miseros redditioſe consolatione æterna.

Dicam igitur primum simplicissime et certa sententia ex Euangeliō quodnam sit peccatum ad mortem, pro quo nō sit orandum, sed potius contra orandum, ut pro gloria DEI, quod Christus dicit Blasphemiam in Spiritum sanctum, uidelicet quod talis Blasphemia in Spiritum sanctum et tale peccatum ad mortem est, Impugnati ueritatis agnitæ, quemadmodum & ante nos autore Augustino vocauerunt, sed ipsi addiderunt plures species latiſ periculoſe pro timidis conscientijs, ut audies, Ego autem in hoc uno consistam, ut certo certius rem ipsam Christiano Lectori declarem, Deinde subinde testabor bonis conscientijs me dicere de impugnatione, blasphemia, condemnatione, persecutione ueritatis quidem, sed cognitæ & agnitæ, Nam qui blasphemant & persequuntur ueritatem in ignorantia, ut Paulus ante conuersionem, i. Timo, i, Non blasphemant Spiritum

In hoc tractatu
tu dicenda.

CCCCC ij sanctum

DE BLASPHEMIA

sanctum. Præterea addam de sententia CHR Isti, Non remittetur in æternum etc, Addam & exempla, & postremo de certa remissione peccatorum omnium per sonum Christum, ne sit ullum peccatum tam grande quod non remittatur conuersis ad Christum.

DE BLASPHEMIA SPIRITVS.

PECCATVM AD MORTEM,

*Blaspemia
spiritus.
Peccatum ad
mortem.*
pro quo Iohannes dicit non esse orandum, CHR Istus in tribus Evangelistis dicit esse Blasphemiam in Spiritum sanctum. Qui, inquit, aliquid dixerit contra Spiritum sanctum, uel Qui blasphemauerit Spiritum sanctū, non remittetur ei, neq; in præsenti seculo, neq; in futuro, non remittetur ei in æternum, sed obnoxius est æternō iudicio. Hoc peccato tunc peccasse quodā Scribas et Phariseos, qui uenerant a Ierusalem, Marcus sic dicit. Dicebant enim, Spiritum immundum habet, id quod dicebant contra suam ipsorum conscientiam, Nam conuicti erant diuinis operibus, quæ faciebat IEsus, quod Deus erat eum Iesu, & quod ipse digito DEI siue Spiritu DEI ejiciebat Dœmonia, quemadmodum Nicodemus Phariseus, princeps Iudaorum, Magister in Israel dicit Domino Iesu de suis Scribis & Phariseis. Rabbi, scimus quod a Deo uenisti Magister, Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Ergo hoc peccatum non est turpis actio scelerum, ut stuprum, adulterium, homicidium, usuræ etc, sed est speciosum

SPIRITVS: CCCLV.

speciosum coram mundo qui seducitur, in Hypocriti, ait Paulus, loquentium mendacium, peccatum, inquam, quod ore committitur, blasphemia enim est. Nam dicebant, ait Marcus, Spiritum immundum habet, Hoc dicer, erat blasphemia in Spiritum sanctum. Quia scientes & agnoscentes ueritatem, quod a DEO uenisset Magister ille, quod Deus esset cum eo, qui Daemonia uerbo eiecit, mortuos suscitauit etc, ut audisti ex Nicodemo, tamen abiecto timore DEI, impudentissime, contra conscientiam, ex profeso hostes Dei, ut Dæmones, non ut homines, audebant blasphemare & dicere, DEVM esse Diabolum, Spiritum sanctum esse Spiritum immundum, in Beelzebub principe Dæmoniorum, id est, per maximum & pessimum Diabolum eum ejcere Daemonia, ueritatem esse mendacium, seductionem, & Heresim, doctrinam Christi non esse a Deo, sed a Diabolo, Et non sinebant se auerti ab ista malitia Diabolica, sed admoniti & increpati defendebant eam blasphemiam quasi benefactum, ut uides Iohannis, viij, ubi Christus sic dicit eis. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Qui ex DEO est, uerba Dei audit, Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Iudæi respondent, Nonne bene dicimus, quod tu es Samaritanus, & Dæmonium habes? Nunc cognoscimus, quod Dæmonium habes, Abraham mortuus est, & Prophetæ etc, Et capit. ix. Pharisæis dicentibus, Nunquid & nos coeci sumus? Respondet Christus, Si coeci essetis, id est, si essetis ignorantis ueritatis, peccatum non haberetis, quia possetis per Euangelium illuminari, & accipere remissionem peccatorum, ut hic coecus natus, Nunc dicitis, Nos uidemus, ergo peccatum uestrum manet, id quod & sic de eis dicit,

Cccccccc iii Joan.

Dæmones
facti sunt isti
homines.

DE BLASPHEMIA

Ioan. xv. Si non fecissem opera inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, Nunc autem & uideant & oderunt & me & Patrem meum, ut compleatur Scriptura. Odio habuerunt me gratis. Viderunt, id est, cognoverunt ueritatem per diuina opera, & tamen oderunt, blasphemant, maledicunt, condemnant impudentissime contra suam ipsorum conscientiam etc.

Vides quod isti homines uerbi sunt in Diabolicam maliciam, & ex professo sunt hostes Dei & agnitæ ueritatis, blasphemantes ueritatem agnitionem Euangeliū dei Patris & Domini nostri Iesu CHRISTI (quæ est blasphemia in Spiritum sanctum) non aliter atq; Dæmones, & defendant & confirmant coram hominibus istam blasphemiam quasi bene factum, quod in conscientia sua coram Deo non possunt, & studio pergunt sic blasphemare Spiritum sanctum, quæ est malicia Diabolica, tantum abest, ut agnoscat se in hoc grauissime peccare, quod blasphemant ueritatis agnitæ profesores, cum audiunt. Si ueritatem uobis dico, cur non creditis.

Peccatum, inquit, oris siue sermonis uel nullum uel leuiculum est. Et interim isti damnati hypocritæ confidunt in semetip̄lis tanquam iusti, & aspernantur cæteros, & audent etiam coram Deo dicere, Gratias tibi ago Deus, nō sum sicut cæteri homines raptores, iniusti, adulteri, uelut hic publicanus &c.

Quia uero obstinati sunt hostes Dei in ista maliciosa & diabolica blasphemia cognitæ ueritatis Dei, non aliter quam diabolus, non mireris eos non habere remissionem huius peccati siue blasphemie in Spiritum sanctū, quemadmodum Christus certo & indubitate pronunciat, sicut non miraris diabolum non habere remissionem peccatorum in æternum sed reum esse æterni Iudicij. Nam hoc peccatum

SPIRITVS.

CCCCLVI.

peccatum non est humanum (ut omnia peccata alia etiam horrendissima scelera sunt humana) sed plane diabolici, contemnens Deum & arrogans contra Deum, sicut diabolus contemnit & arrogans est contra Deum, propter quod electus est e caelo & obnoxius aeterno iudicio.

Hæc multis uerbis dixi ex Euangelistis, ut intellegas blasphemiam ueritatis Dei sine professorum Euangelij Christi, tunc solum esse blasphemiam in Spiritum sanctum, quando aliquis cognouit ueritatem & hoc uere esse uerbum Dei quod prædicatur, atq; adeo uidet Deum uere adesse in suo uerbo & Euangelio (sicut Nicodemus de suis Phariseis dicit). Scimus quod a Deo uenisti Magister, Nemo enim signa facere potest quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo) tamen blasphemat dicens Deum esse Diabolum, doctrinam esse ex Diabolo, ueritatem Dei esse Satane mendacium, Euangelium Christi esse errorē & seductionem, Spiritum ueritatis esse Spiritum inmundum, Sanctos prædicatores gratiae Dei esse seductores & indignos quos hic inmundus ferat. Hic homo plane diabolescit, & sic sciens & uolens hostis Dei, propter suos affectus & cupiditates, propter suam arrogantiam, propter fauorem hominum.

Cognitio hereticorum.
Cognitio hereticorum.

Paulus dixit Episcopis Ephesiorum, Acto. xx. Ex uobis ipsis (quod horrendum est) surgent uiri loquentes peruersa (id est, blasphemantes Spiritum sanctum per impugnationem agnitionis ueritatis) ut trahant post se discipulos, id est, ut habeantur Magistri magistrorum, quem admodum diabolus fecit in paradyso. Ex uobis ipsis, inquit, qui iam estis Episcopi & prædicatores Euangelicæ ueritatis, uox istis & prædicatis ueritatem &c. Nam si quis.

CCCCC iiiij ignorans.

DE BLASPHEMIA

Incognita ueritatis. ignorans ueritatem, blasphemat Deum & uerbum eius

Cut certe homines grauiissime peccare possunt, etiam horrenda in Deum blasphemia) is certe non blasphemat Spiritum sanctum, quia si sciret Deum esse, ueritatem Dei esse, id est, Spiritum sanctum esse, non blasphemaret, & metu DEI uel a blasphemia abstineret, Ergo talis non incidit in hanc horrendam sententiam Iudicis, Non remittetur ei &c. Testis est ipse Paulus qui de se ita dicit, Primitus eram blasphemus, persecutor & uiolentus, sed ignorans feci in incredulitate, Ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem clemenciam, ad exemplum ihs qui credituri sunt in ipsum ad uitam æternam,

Peccatum ad mortem Blasphemia Spiritus eius, Habes itaq; quod peccatum ad mortem, id est, ad damnationem æternam, pro quo non est orandum, est blasphemia in Spiritum sanctum, qua diabolicus homo blasphemat, impugnat, condemnat agnитam ueritatem. Ideo non habet remissionem peccati huius in æternum, quemadmodum dicit Christus apertis uerbis. Et Iohannes dicit pro illo non esse orandum.

Paulus etiam sic dicit, Hæreticum hominem, uel Sectarum autorem hominem post unam & alteram admonitionem deuita, sciens quod subuersus est qui eiusmo dicitur, & peccat proprio iudicio condemnatus, Dicit adhibendam unam & alteram admonitionem, quia blasphemat quidem ille Dei ueritatem & falsum docet, sed forte ex errore, in ignorantia, quemadmodum Paulus de se dicit. Ignorans feci in incredulitate, postquam uero semel atq; iterum admonitus est uerbo Dei, & conuictus ipsa ueritate diuina, quod falsum docet, quod blasphemat, & non cessat blasphemare & falsum docere, tunc deuita eū, habeto eum pro damnato, quia seipsum habet pro damnatio in

SPIRITVS.

CCCCLVI.

eo in conscientia sua, quando impudentissime blasphemat, condemnat, impugnat agnitam ueritatem. Hic diabolus homo, non habet remissionem huius blasphemie, sicut neque diabolus suæ blasphemie habet remissionem in æternum. Sic olim perierunt horrendo hoc Christi iudicio Arrhius, Montanus, Nestor &c. Sic hodie etiam pereunt doctores & Tyranni, qui blasphemant & persequantur Christi ueritatem agnitam, non tamen illi qui blasphemant & perseguuntur ueritatem, quam non uerunt, pro quibus persecutoribus nostris oramus, ut Deus misereatur eis, illuminet eos suo spiritu sancto, ut accipiant remissionem peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum, Amen.

NON REMITTETEVIR.

Sententia Christi, Non remittetur ei, satis aperta est, *Iudicium Christi*, nec patitur commodam (ut aiunt) interpretationem, ut sit, & sententia non remittere sit remittere, & duo contradictoria sint sitia horrenda, mul uera. Sic enim ait in tribus Euangelistis. Amen dico satis apertis uobis. Omnia peccata remittentur filiis hominum & blasphemis & cum blasphemie quibuscumque blasphemarint (etiam Deum, in Deum maximo ignorantia & incredilitate) At qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, Satis aperte dictum pressa Ieronimi est a Christo, Omnia peccata & blasphemie remittuntur, nunc ea. xlviij. blasphemia spiritus non remittitur. Exponendo autem (ne quis hoc alio rapere possit) addit in Mattheo. Non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro, & in Marco. Non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni iudicij. Et addit Marcus causam huius horrendæ sententiae, Quia inquit, dicebant. Spiritum Immundum habet.

D d d d d

Christus

DE BLASPHEMIA

Christus Dominus est idem Deus qui olim dixit sententiam, de qua non potest caro siue ratio humana aliud, ne hodie quidem, quam murmurare, Indurabo cor Pharaonis ut non dimittat populum meum, Ego ostendam in te potentiam meam &c. Pharaon sciuit esse Dominum Deum, qui percussit Aegyptum plagiis, unde dixit Mosi & Aaroni, Orate pro me Dominum, & tamen pergit sua malicia persequi Dominum Deum in populo ipsius, dicens, Quis est Dominus &c. De Deo dicit Paulus R.o. ix. Deus miseretur cui uult, & quem uult indurat. Audi illuc etiam obmurmurationem cæcæ carnis, Quid adhuc conqueritur &c. quæ dicit de uasis iræ & de uasis misericordiae.

Sic & Apostoli alij intellexerunt uerba & sententiam Christi esse apertam ut uides in Epistola Iohannis, de peccato ad mortem.

Sic & doctores in Ecclesia post Apostolos semper uiderunt hanc Christi sententiam apertam, Ideo quidam ex eis torserunt se uarie, ut uel mitigarent uel eluderent hanc horrendam sententiam, ut uides in Magistro Sententiarum, sed nihil effecerunt, qui potius debuerant explicare, quodnam esset illud peccatum ad mortem, siue quænam esset illa blasphemia in Spiritum sanctum.

Quidam uero apertam Christi sententiam apertis uerbis confessi sunt. Ambrosius enim de Spiritu sancto lib. i. c. iiiij. Qui, inquit, sancti Spiritus dignitate, maiestate & potestatem abnegat sempiternam, & putat non in Spiritu Dei ejici dæmonia, sed in Beelzebub, non potest ibi exoratio esse uenire ubi sacrilegij plenitudo est. Dictione Exoratio, solent in Magistro sent: corrupte legere, Exportatio, Et posset uideri hoc, Non potest ibi esse exoratio.

tio. &c.

sio &c; sumptus ex Ep. Iohannis. Non dico ut pro eo
quis oret, sed Ambrosius alibi, ut infra dicemus, negat se
uerba Iohannis ita intelligere. Intelligit ergo Ambrosius
talem non posse exorare sibi ueniam, eodem modo quo
Augustinus loquitur in lib. de sermone Domini in mon-
te, uidelicet sic, simul tamen ex uerbis Christi & ex Epi.
Iohannis. Peccatum, inquit, ad mortem est, cum post ag-
nationem Dei per gratiam Christi, aliquis oppugnat fra-
ternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus
est Deo, inuidiae facibus agitatur, quod fortasse est pecca-
re in Spiritum sanctum. Quod peccatum dicitur non re-
mitti, non quia non sit ignoscendum peccanti si poeniteat,
sed quia tanta est labes peccati illius ut deprecandi humi-
litatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala
conscientia agnoscere & renunciare cogatur, ut Iudas cu-
dixit. Peccavi, facilius desperans cucurrit ad laqueum quam
humilitate ueniam peteret, Quod propter magnitudi-
nem peccati, iam ex damnatione peccati, tales habere crea-
dendum est. Hactenus Augustinus. Quod Ambrosius
dixit, Non potest ibi esse exoratio ueniae, Hoc Augusti-
nus dicit. Tanta est labes peccati illius, ut deprecandi hu-
militatem subire non possit. Atq; ita dixerunt hominem
peccantem ad mortem, non posse orare ueniam, Iohan-
nes autem durius quiddam dicit ex sententia Christi, uis-
delicet, ne etiam alij orent pro ipso peccato ad mortem,
quemadmodum et Paulus dicit, Deuita eum, sciens quod
suo ipsius iudicio est condemnatus.

Augustinus autem postea in retractationibus Li. Metuebant san-
cti. capit. xix. censer suis uerbis, quae recitaui, aliquid ad-
dendum, uidelicet hoc. Si in hac scelerata mentis peruer-
sitate finierit hanc uitam. Quoniam de quocumq; pessi-
mo in

DE BLASPHEMIA

Hum. & dixerunt in genere de non credentibus, qui nunquam crederunt in Christum, nunquam consequentur remissionem peccatorum. Quis de hoc dubitat? Nihil singulare dixerunt de singulari sententia Christi:

mo in hac uita constituto non est desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur, Augustinus ante uidebatur aliquid statuisse de hac Blaspomia in illo Libro de sermone Domini, sed hic dicit de omnibus peccatis, etiam pessimis, si peccator in eis impoenitens permanferit usq; ad mortem, de quibus nemo Christianus dubitat, quod talis non habet remissionem peccatorum, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, secundum illud. Qui non crediderit, condemnabitur. At, CHRISTUS non dicit de omnibus peccatis, sed aperte de singulari blasphemia in Spiritum sanctum, quam Iohannes uocat non simpliciter peccatum (quia omne peccatum, & omnis blasphemia remittitur) sed peccatum ad mortem, id est, ad damnationem aeternam, pro quo dicit non esse operandum, sicut CHRISTUS dicit, Non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni iudicis.

Sic etsam Augustinus, in expositione Epistolæ ad Romanos inchoatę (Sic ipse fecit titulum illi suo libello) laborat ualde, ut explicet difficillimam (ut dicit in Restract:) quæstionem de peccato in Spiritum sanctum, quod non remittitur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, Et enumeratis enormibus & horrendis peccatis & blasphemis hominum, etiam desperantium, etiam Hæresi laborantium, quibus poenitentibus & ueniam petentibus nullo modo negamus remissionem peccatorum, quod in nobis est (quia si resipiscunt & ex corde ueniam petunt non in Hypocrisi, certum est nobis, quod non inciderint in sententiam Christi, & quod in incredulitate & ignorantia blasphemarunt, ut Paulus) tandem statuit istis uerbis. Quid aliud restat, inquit, nisi ut peccatum in Spiritum sanctum, quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

turo, Domin⁹ dimitti dicit, nullum intelligatur nisi per seuerantia in nequitia & malignitate cum desperatione indulgentiae Dei. Hoc est enim gratiae illius & pacis restitutio, de quibus Paulus dicit, Gratia uobis & pax.

Ita pi⁹ doctores fatebantur sententiam Christi, Non remittetur, esse apertam, ad quod cogebat eos contextus, Omne peccatum & omnis blasphemia remittitur hominibus, blasphemia autem spiritus non remittitur, Timentes Deum uiri sancti non audiebant ex, Non remittitur, facere, Remittitur, quæ esset impia uerborum Christi negatio, sed recte iudicabant in hac questione explicandum esse, quod nam sit illud peccatum quod Christus uocat blasphemiam in Spiritum sanctum.

Verum hic rursum optimos uiros incessit timor, ne cum dicerent de blasphemia spiritus quæ non remittitur, uiderentur negare remissionem peccatorum post baptismum lapsis, maxime quando urgebantur a Nouatianis hæreticis, qui pro suo impiò dogmate abutebantur cum alijs scripturis tum etiam hac sententia CHRISti & uerbo Iohannis, Ideo boni & pi⁹ doctores, si quando aliquid ex uerbis Christi pro hac re recte dixerunt, tamen in eo non persistenterunt, ueriti ne quis hoc raperet, quasi dictum esset contra remissionem peccatorum, quam omnes peccatores, etiam qui peccauerunt horrendissimis sceleribus & blasphemis, habent in Christo, ubi poenitentiam agentes conuertuntur ad Christum iusticiam æternam, Ideo postea (ut uidisti) quod tutius eis uidebatur, & de quo nemo Christianus dubitat, dicebant hoc peccatum esse, finalem impenitentiam, id est, quando aliquis sic peccat gravibus peccatis (sic enim ipsi loquuntur de hoc peccato,

Ddddij quod

DE BLASPHEMIA

quod tamen unicum est tantum, ut dicemus) ut nunquam ex animo resipiscat & reuertatur ad Christum iusticiam suam, sed moriatur cum peccatis suis, quemadmodum uerba Augustini audisti, Nullum, inquit, intelligatur, nisi per seuerantia in nequitia & malignitate cum desperatione indulgentiae Dei. Quis dubitat, talem obstinatiam non habere remissionem neque in hoc saeculo, quia non resipiscit, neque in futuro, quia in peccatis suis moritur?

Sed per hæc nondum sunt explicata uerba Christi
Non satis dixe & Iohannis, id quod posteritas sanctorum patrum merunt ad uerba cum testatur usq; in hunc diem, Nondum enim cessauit Christi & Iohannis disputatio de peccato in Spiritum sanctum. Quid enim attinebat (cum sancti doctores hunc locum tractarent in scoli. Euangelio) hoc peccatum ad mortem, siue, ut Christus dicit, hanc blasphemiam in Spiritum sanctum, permiscere cum alijs hominum peccatis & blasphemis, cum Christus hanc manifeste excipiatur, atq; adeo dicat hanc in omnibus hominum peccatis & blasphemis non contineri? Omnia, inquit, peccata hominibus remittuntur & blasphemie, Spiritus autem blasphemia non remittitur. Quid ad hanc rem attinebat dicere, Non est aliquid tam enorme peccatum, quod non remittatur poenitenti & ueniam petenti, id est, credenti & ad Christum ex corde reuertenti? Quid nouum dicas? quid singulare, in eo loco scripturæ, ubi Christi uerba singularem declarationem requirunt immo apertissime singularem sententiam habent non obscuris uerbis prolatam? Nemo Christianus negat remissionem omnium peccatorum quantumcumq; grauium, poenitenti siue credenti in Christum, Christus est iustitia nostra, qui fide susceptus absorbet & abolet ex conscientia nostra omnia peccata nostra, Per hæc igitur non est sat factum

factum disputationi de peccato ad mortem siue de blasphemia in Spiritum sanctum, Nam & Christus in eodem loco) nisi non uideas) aperte eadem dicit, Omnia peccata remittuntur hominibus & blasphemiae, Et tamen adit, Spiritus autem blasphemia non remittitur, Hoc erat explicandum, & non contendendum de omnibus peccatis hominum & blasphemis num remittantur, Nam non est dubium uel ex uerbis Christi in eodem loco, quod remittuntur uere poenitenti.

Ergo ista blasphemia Spiritus non est peccatum hominum sed diabolorum, id est, illorum hominum qui ex hominibus in occulto apud se facti sunt diaboli, abieci timore Dei, hostes & blasphemii aduersi ueritatem quam nouerunt &c, quæ ante diximus. Paulus dixit Episcopis Ephesiorum, Ex uobis ipsis surgent uiri, loquentes peruersa, ut discipulos post se trahant.

Peccatum hominum
diabolorum.

EXEMPLA.

Angelus in celo vidit gloriam beatissimæ Trinitatis, & in ea gloriam filij Dei, quod filius similis est Deo & æqualis, vnde per inuidiam in superbiam elatus, voluit esse similis Deo, id est, in gloriam filij se voluit collocare, quæ erat blasphemia in Spiritum sanctum contra agnitionem ueritatem. Nam statim fecit se hostem Dei & blasphemum in Spiritum sanctum, non in ignorantia sed in aperta luce ueritatis. Ergo & statim incidit in iudicium Dei, deiectus est e celo, & factus est diabolus & immundus spiritus, in superbia & contemptu DEI obstinatus. Hostis Dei suis mendacijs, blasphemis, seductionibus & persecutionibus, Et non habet remissionem peccatorum.

Primum: Aha gelus.

D d d d d uir in eternum,

DE BLASPHEMIA

In æternum, sed reus est æterni iudicij. Intelligis ne, o homo, in hoc exemplo, sententiam Christi. Non remittetur nisi forte uelis esse Origenes, quem dicunt etiam dæmonibus promississe quandoq; liberationem. Quid ergo murmuras contra sententiam Christi, quasi negetur remissio omnium peccatorum, quod tamen non fit, Ieremias in threnis dicit. Quid murmurat homo uiuens? quisq; murmuret pro peccatis suis.

II. Secundum Homo.

Homo in paradiſo, persuasus a serpente, qui dixit, Eritis sicut Elohim, id est, Deus, scientes bonum & malum, uoluit similiſ esse Deo, id est, affectauit gloriam filij Dei quæ erat blasphemia in Deum, sed errore deceptus est per mendacia Satanae, Ideo ex misericordia Dei audiit sententiam uitæ a Christo, Semen mulieris conteret caput serpentis. Item, Omnia peccata & blasphemiae hominibus remittuntur.

III. Tertium con- tra Christum incarnatum et mundo reuelata rum. Multi et maria.

Filius Dei, ubi uenerat in carne nostra in mundum, hunc honorem debebat habere apud homines, ut ipse solus audiretur, & homines per Euangelium in eum crederent, quemadmodum Moses prædixerat Deut. xviiij. Ille illum audies, Et erit, Qui prophetam illum non audierit ego ultor existam, uel Ego ab illo ipso hoc requiram, dicit Dominus. Et pater e cœlis concionatur nobis de filio, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit IPSVM audite. Et in Psalmo viij. Spiritus sanctus dicit, Domine dominator noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, ubi laudem tuam super æthera ponis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti L A V DEM, uel fundasti MVNITIONEM, propter inimicos tuos, Venit saluare homines, & inuenit inimicos, quo
rum

SPIRITVS.

CCCCXI.

rum multi blasphemauerunt & persecuti sunt Euangeliū ex ignorantia, ut Paulus, qui dicit, Ignorans feci in incredulitate, Multi etiam blasphemauerunt & persecuti sunt Euangelium Christi post agnитam ueritatem, ut quidam pharisei, de quibus Nicodemus dicit, Scimus quod a DEO uenisti Magister, Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo. Viderunt & cognouerunt illa opera Christi esse diuina, Nemo, inquit, potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo, Et propterea etiam cognouerunt doctrinam & Magisterium Christi esse a Deo diuinam ueritatem, Rabi, inquit, scimus quod uenisti Magister a Deo, Et tamen contra agnитam ueritatem oderunt, blasphemauerunt, condemnauerunt, impugnauerunt, persecuti sunt Euangelij ueritatem, ita ut etiam occiderint Christum uitæ autorem, quemadmodum Christus dicit, Nunc & uiderunt & oderunt & Me & patrem meum. Tales non amplius sunt homines, sed potius dæmones, hostes Dei, inimici agnitorum ueritatis, qui arrogantib[us] gloriā filij Dei, de qua Deus dicit, Hunc audite, & qui non audierit ego ultor existam,

Et ut olim contra sanctos Prophetas, ut tunc contra Christum & Apostolos & Apostolicos uiros, ita & nunc ~~Papiste~~. AntiChristiani Sacrificuli & Monachi cum suis tyrannis, Euangelium gloriae magni Dei, & in Euangeliō Domini nostri Iesum Christum persequentes, blasphemari aduersus cognitam ueritatem & homicidae turpissimi, dicunt, Vos non debetis audire Christum, sed nos debetis audire, sentire debetis non sicut Christus, non sicut Deus secundum Dei uerbum, sed sicut nos sentimus, credimus & docemus, Alioquin uos interficiemus, sicut Iudæi Prophetas & Christum interfecerunt, Non audent coram Eeeee uulgo

DE BLASPHEMIA

¶ usq[ue] his uti uerbis, sed plane in ipsa re hoc agunt contra
firam ipsorum conscientiam, scientes quod suo ipsorum tu-
dicio condemnati sunt, quia ipsa Dei ueritate per Euangeli-
um Christi ita conuicti sunt, ut sciant se non posse uer-
bo Dei neq[ue] sua confirmare, neq[ue] nostram doctrinam con-
futare. Ideoq[ue] uertuntur ad mendacia siue blasphemias &
ad homicidia, contra suam conscientiam, quemadmodum
pater eorum diabolus, Iohann. viij. Sic & fecerunt sanctis
Prophetis qui fuerunt ante uos, dicit Christus Matth. v.
Abfecto timore Dei, mala conscientia mentiuntur contra
sanctos prædicatores, blasphemant Euangelium gloriae
Dei, condemnant doctrinam sanam, & raptantur a Dia-
holo atq[ue] feruntur sua cupiditate, auaritia, honore, ambisi-
tione, adulacione, uindicta contra innoxium sanguinem,
aduersus Dominum & aduersus Christum eius, Iere. v.
Negant Dominum, et dicunt Non est Ipse, aiunt, Non est
hoc Dei uerbum, Prophetæ mentiuntur &c, psal. xij. Qui
dicunt, Lingua nostra regnemus, nostrum est dicere, quis
nostræ dominatur? Contra quos illic oratur, Tu Domine
serua nobis tua eloqua, & custodi nos a generatione hac
in eternum, Nam circumquaq[ue] omnia plena erunt impijs,
ubi isti uentres regnauerint inter filios hominum.

Iudei in Aegypto.

Iere. xlviij. post cognitam ueritatem Iudei, ut dæ-
mones, loquuntur blasphemie contra Ieremiā in Aegy-
pto, Non audiemus te secundum uerbum quod loqueris
nobis in nomine Domini, sed faciemus secundum omne
uerbum quod egreditur ex ore nostro, & incendemus
thus Melechet cœli, & eidem offeremus libamina, quem
admodum nos & nostri patres, Reges & Principes no-
stri fecerunt in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem.
Tunc abundabamus panibus & bene dobis erat, & non
uidebamus.

videbamus malum, Postquam autem cessauimus sacrificare Melechet coeli, & offerre ei libamina, sustinuimus omnem penuriam perditi per gladium & famem &c. Et ait Ieremias, Vere recordatus est Dominus incensi uestris, ut amplius non sustineret maliciam studiorum uestrorum & abominationes uestras quas faciebat, Vnde & terra uestra facta est desertum, stupor, maledictio, ut nemo illic inhabitet, sicut hodie uidere licet. Quia thura incendiis & contra Dominum peccatis, Vocem Domini non audistis, nec in lege, iudicij & testimonij eius ambulastis, Ideo hoc malum accidit uobis, sicut hodie uidere licet &c. Sequitur ergo horrendum iudicium & sententia Dei, ut non mireris sententiam Christi, Non remittetur in æternum. Audite ergo, inquit, uerbum Domini uos Iudei qui habitatis in Aegypto, Ecce Ego IVRO per Nomen Meum Magnum, dicit Dominus, quod non nominabitur ultra Nomen Meum per os ullitus hominis qui est ex Iuda in tota Aegypto, qui dicat, Viuit dominator Dominus, Ecce Ego uigilabo super eos in malum & non in bonum.

Papa cum suis Papistis AntiChristianum Regnum Persecutores non ignorat hodie nostram doctrinam, quæ est Euangelii Christi hodie solum Domini nostri Iesu Christi, quem iubet pater audiri AntiChristus. Quia hoc damnatum a Deo Regnum audit, uidet & legit Euangelii Christi doctrinam confirmatam & comprobata nobis uerbo Dei ex Mose, Prophetis & Psalmis, atq[ue] adeo ex ipso Christo & Apostolica doctrina, fortiter enim pugnamus armis spiritualibus scripturis sanctis contra eos & prædicando & scribendo, ita ut sentiant se non habere uerbum Dei, quo uel nostra confutent uel sua statuant, Et, quod Paulus prædixerat, Dominus Iesus nunc incepit occidere AntiChristum Spiritu oris sui, ut liberet

E e e e ij

DE BLASPHEMIA

liberet suos electos, pro quibus liberandis ipse mortuus est, qui adhuc sub AntiChristianis erroribus tenentur captivi, Licut autem uideant & cognoscant ueritatem, & non possint disputantes cum nobis resistere Sapientiae & Spiritui qui loquitur, ut scriptum est de Stephano, Acto. vi. tamen pergununt cum suis tyrannis, contra suam ipsorum conscientiam, blasphemare Spiritum sanctum, id est, agnitionem Dei ueritatem, qua Spiritus ueritatis Paracletus in Ecclesia Sanctorum testimonium perhibet de Christo (Ioh. xv.) quod solus Christus est nobis iustitia & salus aeterna, quod sub celo non est aliud nomen datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, Et oderunt & persequuntur bonum Dei nomen quod est inuocatum super nos, occidunt Christi confessores, uolunt extirpam Christi Ecclesiam, abolitum Regnum Dei siue Regnum Sanctorum super terram, Quoties in Comitijs imperialibus obtrusa est eis uolentibus & requirentibus nostra doctrina siue Confessio Augustana, ne habeant excusationem de ignorantia?

Quid facies istis, qui ex professo uolentes & scientes sunt hostes ueritatis aduersus Dominum & aduersus Christum eius, quemadmodum Diabolus in celo & in Paradiso? An promittes remissionem peccatorum, id est, Regnum celorum istis, qui Regnum celorum oderunt, & abolitum cupiunt Euangelium Domini nostri Iesu Christi, in eis syncere praedicetur? An non post hac Dæmones sunt, non amplius homines, qui in tanta luce ueritatis Euangelij, non solum mendacijs suis sed etiam ui & armis, id est, homicidijs obtrudunt nobis traditiones humanas, manda hominum, fictos cultus & mendaces religiones, id est, ut Paulus in Spiritu uocat, doctrinas

SPIRITVS. CCCCLXIII.

doctrinas Demoniorum, pro Euangelio salutis nostræ, quo hodie confirmatur Ecclesia Christi, ut ne portæ qui dem inferorum possunt prævalere aduersus eam? Quid ergo tibi displicet sententia Christi, Non remittetur ei in æternum, sed ut Diabolus reus erit æterni iudicij?

Hic, bone lector, uelis perpetuo meminisse illius, *Tantum de* quod a principio semper in hac causa dixi, quod talia lo^s agnita uerita quor solum de illis, qui agnitam Dei ueritatem blasphem^e te dicimus. mant, impugnant, condemnant, persequuntur, non de alijs qui blasphemant & occidunt homines in ignorantia, sicut Paulus, qui dicit, Ignorans feci in incredulitate. Nam pro illis qui in ignorantia hoc faciunt, ut Paulus, oramus ut conuortantur ad Christum, quemadmodum Christus iussit, Orate pro inimicis uestris & pro persecutib^{us} uos. Et nulli blasphem^e & homicidæ quaⁿdo ueniam petit, negamus omnium remissionem peccatum, secundum promissionem Christi. Omne peccatum & omnis blasphemia remittetur hominibus, ne quis maliciose calumnietur, quasi non doceamus omnium peccatorum remissionem poenitenti & credenti, Nam quando blasphemus & Euangeli^j persecutor ueniam petit, & poenitentiam uere agit, tunc interpretamur, quod blasphemus fuit & persecutor Ecclesiæ in ignorantia ueritatis, Sed uiderit ipse, ut ex animo petat ueniam & ueram agat non simulatam poenitentiam, ne fallat seipsum, Deus non irridetur, Gala. vi.

Nam qui indurati sunt hostes Christi & Ecclesiæ, ut Diabolus, ut Cain, ut Pharao, ut Hannas, Caiphas, Iohannes, Alexander, qui erant de secta Saduceorum Acto, iiiij. & v. illi nunquam de sua superbia & contemptu eo gratiæ perueniunt, ut peccata sua fatentes ueni-

E e e e iij

am ro^s

DE BLASPHEMIA

am rogare possint, nisi forte in hypocrisi, ut Pharaō, qui dixit, Orate pro me Dominū, ut auferat a me plāgam hanc, quemadmodum supra audisti etiam Ambrosium & Augustinum. Ambrosius dicit, Non potest ibi exoratio esse uenia, ubi sacrificij est plenitudo. Augustinus, Tanta est labes peccati illius, ut deprecandi humiliatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & renunciare cogatur.

Remittimus omnia peccata nomine Christi, sed Pater & Filius sunt Dei ipsi. non amabili non amplius homines. Quod igitur peccatum non remittitur blasphemia in Spiritum sanctum, id est, impugnantibus, condemnantibus, persequentibus agnitam Dei ueritatem, cognitum Dei uerbum, cognitionem Euangeliū, Deum in suo uerbo, Christum in suo Euangeliō, Spiritum sanctum in sua Euangelij prædicatione, Ecclesiam sponsam Christi in Euangelij confessione, non est culpa in nobis, qui remittimus omnia peccata poenitenti & credenti, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, secundum præmissionem Christi, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Neque est culpa in Christo, dicente, Non habet remissionem in æternum, quia simul ante dicit, Omne peccatum & omnis blasphemia remittetur hominibus. Sed est culpa in ipsis blasphemis peccantibus ad mortem, quod ipsis abiecto timore Dei in superbiam elati, ex hominibus facti coram Deo Dæmones, hostes agnitæ ueritatis, eo superbiae contra filij Dei in terris honorem peruererunt sicut Dæmones, ut humiliari coram Deo, & ex animo absq; dolo & hypocrisi uere poenitere & ueniam petere non possunt, sed pergunt in blasphemia & impugnatione agnitæ ueritatis, & se collocare nituntur in gloriam filij Dei in terris, Nos, inquit, debetis audire &c. quæ ante diximus, Contra gloriam filij Dei scientes

SPIRITVS. CCCCLXIII.

Scientes agunt ut hostes Christi. Quam gloriam amant coram hominibus, ut Paulus ait, loquentes peruersa ut trahant post se discipulos, & synceri Euangelij prædicatores deformant. Non uolunt uideri seductores se fuisse, & inuident Ecclesiam gratiam Dei in Christo, sicut Cain inuidit Abelo, & occidit eum contra agnitam ueritatem.

Si uero aliqui, qui iudicio humano uisi sunt tales, po-
stea confitentur publice suam ignominiam, ut Paulus,
qui scribit, Non sum dignus uocari Apostolus, qui blasphemus fui, & persecutus sum Ecclesiam Dei, & ex animo pœnitentiam agunt, certum signum nobis est, quod talia fecerunt in ignorantia, in infidelitate, & non blasphemauerunt Spiritum sanctum, id est, non impugnauerunt agnitam ueritatem, quos nos per errorem putabamus ueritatem agnouisse. Deus misereatur illis, & liberet Ecclesiam Christi a blasphemis & homicidijs Pa-
pistarum, Turcarum, Anabaptistarum, Hæreticorum, qui omnes sunt mendaces, blasphemæ & homicidæ, sicut pater ipsorum Diabolus mendax, blasphemus & homi-
cida est, quidam sunt tales ex ignorantia, pro quibus ope-
ramus, quidam uero scientes & cognoscentes Dei ueris-
tatem, contra quos oramus, ut in Prophetis & Psalmis Nulli facimus uides, & uitamus eos, secundum doctrinam Pauli, id iniuriam, cum
est, habemus eos pro damnatis a Deo, scientes quod Dei honorem
peccent ad mortem, & suo ipsorum iudicio sint con- querimus.
demnati.

*Nota; qui ex
ignorantia
persecutus es
Euangelium
Christi.*

*Nota; Non ac
cipimus glas-
tum.*

*Nota; Nulli facimus
uides, & uitamus eos,*

Non possum tibi, nec debedo certiora dicere, de blasphemia in Spiritum sanctum, siue de peccato ad mor- tem. Ex uerbo enim Christi & ex scriptura sancta lo-
quor, Sed pergo exempla plura dicere.

Eeeee iiiij.

Hæretici.

DE BLASPHEMIA

*Heretici &
condito mun-
di.* Hæretici a primo Cain, qui in nostra Sanctorum Ecclesia prius cognoverunt ueritatem, & docuerunt eam, postea ex inuidia per cupiditatem gloriæ docuerunt peruersa contra agnitam ueritatem, ex professo hostes diuinæ ueritatis, id est, Dei, & hostes gloriæ Christi, id est, Euangeliū, sicut Diabolus. Hi blasphemauerunt Spiritum sanctum, id est, impugnauerunt ueritatem agnitam. Nullus eorum, qui post agnitam ueritatem sectas perditionis suscitantes, superbiam diabolicam induerunt, legitur reuersus ad Christum. Qui autem ab eis seducti fuerunt, ut primi parentes a serpente, reuerti ad Christum, ad imaginem Dei potuerunt, ut agnoscentes suum errorem, & seipsoſ condemnantes & confundentes ueniam peterent & acciperent a Deo patre per Iesum Christum Dominum nostrum,

*Louanienses
Dolologi Ch-
risti hostes.* Louanienses Theologi anno Domini M.D. XLIII. ediderunt blasphemos articulos ex doctrinis Dœmoniorum contra sanam doctrinam Euangeliū Dei, quæ nunc ita immulgata est, & Prophetarum & Apostolorum testimonio comprobata, ut portæ inferorum non possint præualere aduersus eam, tantum abest ut illi mendaces, blasphemæ & homicidæ dolologi præualeant. Ediderunt uero nudos articulos tantū suis uerbis, satis pro imperio, quasi dicant, Nō debetis audire Christum, nos debetis audire, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est? Sed o boni uiri, modo uiri sitis. Paulus per Spiritum sanctum theologum uocat tales doctores spiritus erroris, Dœmonia, in gistarum & hypocrisi loquentia uel docentia mendacium, habentia omnium pastorum canterizatam conscientiam, prohibentia nuptias & cipistarum. Christus dicit doctrinan & mandata hominum, Paulus

Paulus doctrinas Dœminiorum, & spiritus erroris, Ergo non amplius homines sunt, sed Dœmonia & spiritus mendaces sunt, qui a Satana obfensi blasphemant Spiritum sanctum, id est, impugnant ueritatem agnitionis, hostes Dei contra suam ipsorum conscientiam, ut Dia bolus ipse, i. Iohan, iiiij. dicitur, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, num ex Deo sint, quia multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Boni, inquam, viiri, quis dedit uobis hanc potestatem, ut uos totus mundus audiat, ubi uestra uerba, non Dei uerba edideritis, mendaces & blasphemæ contra Dei uerbum, contra scripturam Dei, contra Euangelium Christi, contra doctrinam Prophetarum & Apostolorum, contra confessionem Unius, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Diabolus pater uester, & autor uestræ blasphemie doctriæ, suscipiat uestra mendacia & idolatrias, quas mundo obtrudit, damnantes Euangelium gloriae magni Dei.

Nos habemus & confitemur sanam doctrinam Euangeli⁹ Domini nostri Iesu Christi, quod solus Christus filius Dei pro nobis in mortem traditus, est iustitia nostra, id est, remissio peccatorum, & salus & uita æterna omni credenti. Et utimur Sacramentis Christi secundum Christi institutionem. Hoc Euangelium confirmatum est scriptura sancta Prophetarum & Apostolorum, quemadmodum & Petrus plenus Spiritu sancto nomine omnium Apostolorum, citat testimonium omnium Prophetarum coram gentilibus militibus in domo Cornelij, Acto. x. Christo, inquit, omnes Prophetæ testimoniū perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius quotquot credunt in eum. Et Acto. iiij. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in

Ffffff quo

versa confessio & doctrina Euangeli⁹ Christi.

DE BLASPHEMIA

quo nos oporteat saluos fieri. Et Paulus scribit gentibus Ephe. ij. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum & domestici Dei, superedificati super fundatum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatione constructa crescit in templū sanctum in Domino. Ro. iij. Nunc absq; lege iusticia Dei manifestata est, testimonium habens legis & Prophetarum, Iusticia, inquam, Dei, quæ est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes eos qui credunt. Non enim est distinctio, Omnes enim peccauerunt, & uacant gloria Dei, Iustificantur autem GRATIS. (Id est, sine lege, sine operibus uel meritis nostris, atq; adeo contra opera & merita nostra, Esa, xl, dicitur, Accepit de manu Domini, non de manu sua, duplicitia, non pro operibus suis bonis, quæ ibi esse non potuerunt, sed pro omnibus peccatis suis, quemadmodum & manifeste Paulus pergit, dicens) Gratias iustificatur per gratiam illius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus PRINCIPICATOR IVM, per fidem in ipsius sanguine, ad ostensionem iusticie suæ propter remissionem peccatorum, quæ Deus tolerauit ad ostendendam iusticiam suam in præsenti tempore, ad hoc, ut ipse sit iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu. Arbitramur igitur, fide iustificari hominem absq; operibus legis, ut nemo glorietur in conspectu Deine Iudæus quidem.

Satis ne aperta sunt hæc uerba ex omnibus Prophetis & Apostolis, id est, ex tota sacra scriptura, de iustificatione impij per solam fidem in Christum? Vos autem diabolici uiri post agnitam ueritatem audetis blasphemare Spiritum sanctum, impugnare, damnare, perseque

Euangelium.

Euangelium gloriae Dei, negare solum Christum esse iusticiam nostram, salutem & uitam æternam, negare omnes Prophetas & Apostolos sponsæ Christi, id est, Ecclesiæ cognitos, qui in scripturis sanctis loquuntur Spiritu Christi inspirati. Nam dicitis, ut hostes Christi (Quemadmodum Diabolus est hostis filij Dei) in illis uestris articulis. Hæc Iudaica uerba, fides qua quis firmiter credit & certo statuit, propter Christum sibi remissa else peccata, seq̄ possessorum uitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, immo eisdem aduersatur. Hæc sunt uestra uerba, quibus negatis etiam uestrum Baptismum & impugnatæ ueritatem Christi agnitam, prædicatam per totum mundum, & signis Spiritus sancti confirmatam, cui præbent testimonium omnes scripturæ, & ipsa experientia fidei omnium Sanctorum, ab Adam primo usq; ad nouissimum Sanctum. Nam & Sanctus sanctorum eam ipsam ueritatem & iusticiam & salutem suo sanguine confirmauit, & suo Spiritu sancto in cordibus credentium obsignauit. Non proderit uobis sigillum Cæsaris appensum. Nos damus Cæsar quæ sunt Cæsar, Sinat Cæsar nos dare etiam Deo, quæ sunt Dei. Vos estis mendaces & homicidae, occiditis innocentes homines propter uestra mendacia, facitis ut pater uester Diabolus, ut claris uerbis loquitur Christus Ioh. viij. contra mendaces siue blasphemos & homicidas. Sed linquo uos, Contra negationem prima principia non est amplius disputandum, non tamen permittemus uobis pacem alsidua confessione ueritatis et glorificatione Christi filij Dei, qui est unica salus, iusticia nostra & uita æterna, habetis iudicium Dei contra uos. Postquam non tenetis caput (Col. ij) quid nobis cum alijs articulis uestris & reliqua doctrina ue-

Ffffff n stra,

DE BLASPHEMIA

stra, plus quam cum doctrina & blasphemia Alchoranic
Sanguis Abelis clamat contra uos de terra ad Deum.
Viri sanguineum & dolos non dimidiabunt dies suos.
Irruat Domine super eos formido & pauor.

Lege & Concilium Apostolorum. Acto. xv. Vbi

Contra iusti- Iacobus cum Petro, cum omnibus Apostolis, cum tota
ficationem le- illuc Ecclesia in Concilio congregata, cum uerbis Pro-
phetarum, negat & damnat illud, quod altius quisquam
gis Dei et ope Iacobus (non Apostolus neq; ille frater Domini Episco-
rum legis, ut Iacobus (non Apostolus neq; ille frater Domini Episco-
taceamus alia, p[er] nos Ierosolymorum, ut notum est ex illo Concilio) scri-
id est, nostro- psit in Epistola, de qua semper dubitatum est usque in
rum impiet[er] hunc diem, qualis sit Epistola, uel cuius fuerit, cum ta-
tem. men potuisse iudicari non solum ex doctrina (quod iu-
dicio debet habere Ecclesia, quae audit, Attendite uo-
b[is] a pseudoprophetis) sed etiam uel maxime & certis-
sime ex illo uno loco Concilij Apostolorum, Actis xv.

Occasione ac- Scripsit ille Iacobus. Abraham ex operibus iustifi-
cepta ex Epi- catum, quando obtulit filium, Et citat scripturam, Credi-
stola Iacobi, dit Abraham Deo & imputatum est ei ad iusticiam, quae
habes hic tra- scriptura non probat eius sententiam sed damnat, ut uides
statum et san- Rom. iiiij. Gal. iij. Nam scriptura dicit Abraham ex fide
ctam doctri- iustificatum, Credidit, inquit, Abraham Deo &c, multis
nam de iusti- annis antequam obtulit filium suum, id est, priusquam fe-
ficatione et cit illud opus oblationis filij, Nisi enim ante fuisset iustifi-
omnipotentia catus per solam fidem imputatione DEI, non obedisset
fidei, et de mandato Dei ut faceret illud opus, Nam obedientia man-
fructu fidei datorum Dei (quae sunt bona opera) non praestatur, ni-
charitate seu si ab illis qui fide sunt iustificati & filii Dei, Si quidem ma-
bonis operi- la arbor, id est, homo nondum iustificatus, bonos fructus
b[us]. Si chari- ferre non potest, quemadmodum utrumq; & de fide &
tatem no[n] dis de bonis operibus filiorum Dei Paulus Eph. ij. sic dicit,
osten Eramus

SPIRITVS.

CCCCLXVII.

Eramus NATVRA filij iræ, sicut & ceteri. Sed Deus ~~dis~~ sed cupiditas qui diues est in misericordia, propter multam charitatem tam & mali suam qua dilexit nos etiam cum eissemus mortui per dies etiam, certum licta, conuiuificauit nos una cum Christo (Per Gratias signum est, am estis saluati) simulque cum eo resuscitauit, & simul cum quod fidem non eo sedere fecit in coelestibus, in Christo Iesu, ut ostendes habes, id est, ret in futuris temporibus supereminenter opulentiam Gratiae suæ, per bonitatem suam erga nos in Christo Iesu, Gratia enim saluati estis per FIDEM, idque non ex uestibis, DEI donum est non ex operibus, ne quis glorietur, Nam Ipsi opus sumus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quibus, id est, ad quæ opera bona, nos præparauit Deus, (nos ipsis non præparauimus nos,) ut in eis amemus.

Quid opus est pluribus? An non hæc est certa & aperta prædicatio Spiritus sancti in Paulo de Gratia Dei de fide credentium, de iustificatione impiorum, & præterea de bonis operibus a Deo mandatis, id est, dilectione Dei & proximi, quæ non iustificant coram Deo neque iustificare possunt? Nam bona opera primum uenient, postquam sola in Christum fide, dato Spiritu sancto, nos Deus iustificauit & fecit nos filios Dei, & uere coram DEO bona opera non fiunt, nisi ab illis qui prius sola in Christum facti sunt & filii Dei facti, non ex sanguinibus, id est, natura sua & uiribus humanis, neque ex uoluntate carnis aut etiam Viri, id est, uoluntate hominis etiam cuiuscumque, tantum abest, ut sint ex operibus suis. Non est uestibus iustis neque currentis, sed tantum uel solum ex Deo, sola in Christum fide per Spiritum sanctum, quemadmodum baptizamur in nomine patris & filii & Spiritus sancti, & ita regeneramur ex aqua & Spiritu sancto filii Dei & heredes regni colorum. Ioh. 1. Quotquot autem suscep-

Ffffff in runt

DE BLASPHEMIA

runt eum &c. Nulla caro, id est, nullus homo (Iohan. iij. Quod natum est ex carne, caro est) ne uit quidem id est, optimus quisq; coram mundo, ex seipso sapiens & iustus, potest persua opera etiam maxima iustificari, etiam si fuere in populo Dei, ut ille Phariseus, qui coram Deo in oratione sua dixit, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut coeteri, raptore, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus, leiuno bis in Sabbato, decimas do omnium que posse video.

Audisti antea Apostolos & Prophetas, audi nunc sententiam Christi Lucæ xvij. Amen dico uobis, Hic publicanus descendit in domum suam iustificatus pre illo Phariseo, id est, Phariseus non est iustificatus coram Deo per sua egregia opera & legis diuinæ & traditionum humanarum, illud, leiuno bis in Sabbato, erat ex traditione & obseruatione pharisaica, reliqua eius bona opera, ut uidetis, sunt ex lege Dei, ut uideas illud Pauli, Ex operibus legis non iustificabitur in conspectu DEI ullus homo, Publicanus uero sola fide absq; operibus iustificatus est coram Deo, & filius Dei factus, Nam agnoscit suum peccatum, confunditur coram Deo ita ut noluerit leuare oculos suis in cœlum, & per Spiritum sanctum emergit, ut credat in misericordiam Dei, & dolens de peccatis suis dum percutit pectus suum, petit ueniam a Deo cum spe accipiendi, Deus, inquit, propicius esto mihi peccatori.

Ita iustificatur peccator coram Deo remittente peccatum per solam fidem absq; operibus, Hoc dicit Christus, quem audire debemus, Hoc dicit ex Spiritu Christi sacra scriptura, Moses, Apostoli, Prophetæ, sponsa Christi, Ecclesia sancta Catholica & Apostolica, Iacobus ille in Epistola contra dicit, Abrahamum ex operibus iustificatum, cum

SPIRITVS.

CCCCLXVIII.

cum obtulisset Isaac filium suum super altare. Similiter & Rhaab meretricem ex operibus iustificatam, cum excessisset nuncios, quam tamen scriptura dicit ex fide iustificatam, ut postea hoc opus suscipiendo nuncios ficeret, quemadmodum & Abrahamum, Sic enim Ipsa confites tur fidem suam coram exploratoribus a Iosua missis, Iosuæ. ij. Noui quod DOMINVS tradiderit uobis terram, etenim irruit in nos terror uester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuiimus quod siccauerit DOMINVS aquas maris rubri ad introitum uestrum &c. DOMINVS Deus uester, ipse est Deus in cœlo sursum & in terra deorsum. Iurate ergo mihi per DOMINVM &c.

Id quod & Epistola ad Heb. diserte indicauit ex scriptura de fide Abrahæ ca. xi. Per fidem, inquit, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum obtulit in quo promissiones acceperat &c. id est, prius credidit Abraham Deo & per hoc iustificatus est, Imputante DEO ipsi Abrahæ fidem ad iusticiam, Er fides Abrahæ, postea cum tentaretur a Deo, fecit illud opus a Deo mandatum, Et certe magna fides fuit, quia obtulit unigenitum in quo promissiones acceperat, credens Deum uel a mortuis exactare posse Isaacum, ut promissiones DEI in eo complearentur, Lege quæ scriptura ubiq; prædicat de fide Abrahæ; Vide uel Paulum ex scripturis (ut Petrus ait Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent &c.) tractans tem; & confirmantem illum articulum iustificationis, Solia in Christum fide iustificamur coram Deo, Ro. iiij. iiiij. v. &c. Gala. iiij. etiam ex exemplo Abrahæ, & promissione Dei, id est, Euangeli de Christo, In semine tuo benedictur cunctæ cognationes terræ, non per opera sua, &c. Similiter & de iusticia fidei Rhaab eruditæ indicauit ex

Efffff iiiij.

scriptura

DE BLASPHEMIA

scriptura Epistola ad Heb.ca.xi. Per fidem, inquit, Rhaab
meretrix non periret una cum ijs qui non obedierant, cum
excepisset hospitio exploratores pacifice. Et addit, Om-
nes sancti Principes & Prophetæ per fidem expugnaue-
runt regna, operati sunt iusticiam, a seculi sunt promissio-
nes, occluserunt ora leonum &c. Nō dicit, fidem esse rem
mortuam, quæ sit uiuificanda operibus nostris ut aliquid
possit, quemadmodum Iacobus ille manifeste dicit, sed fi-
dem esse omnipotentem. Nam fides apprehendit Chris-
tum qui est omnipotens, ut Christus aperte dicit, Om-
nia sunt possibilia credēti, Fidelis enim sua oratione apud
Deum omnia potest. Habet enim ut filius Dei hanc pro-
missionem Christi, Amen dico uobis, Quicquid petieris
a patrem (uos filij) in nomine Meo, hoc siet uobis. Hec
est oratio fidei, ibi fides non est res mortua sed omnipo-
tentia.

Tuis operibus, tuis uiribus, tuis meritis, tuis iustis-
cijs (o miser homo) nihil efficies ad hoc, ut iustificeris
coram Deo, sed manebis in perpetua dubitatione, ut Pa-
pistæ, qui nunc docent, Christianum oportere dubitare,
& audies increpationem Dei, Esa. xlivij. Tu mihi, inquit,
laborem fecisti peccatis tuis, & dolorem iniquitatibus
tuis. Ego, Ego deleo transgressiones tuas propter Me,
& peccatorum tuorum non recordor, Fac sciam, conten-
damus pariter iudicio, dic quemadmodum uelis iustifi-
cari. Patres tui peccauerunt, & Doctores tui inique ege-
runt contra Me. Iccirco Ego prophanaui principes San-
ctuarij, & Jacob feci anathema, & Israel ignominiam.
Paulus ut ubiq; de iustificatione, sicut ante diximus, ita
& his apertis uerbis Gala. ii. dicit, Scimus (ego Paulus
& tu Petre) non iustificari hominem ex operibus legis,
(multo minus ex operibus, cultibus, religionibus tradi-
tionum

SPIRITVS. CCCCLXIX.

tionum humanarum) NISI PER FIDEM IESU
CHRISTI &c. Non est hic fides Dæmonum, quæ
credit unum esse Deum, ut Iacobus ille scribit, sed fides
quæ credit in Iesum Christum, qui fide a nobis appre-
hensus, est nobis iustitia & uita æterna, non est inanis
res & mortua, ut similiter ille Iacobus scribit, de quo in-
fra dicam.

Aduerte hic contra ineptos & ridiculos Theolo-
gos, qui condemnant hanc propositionem, siue hoc uerbo Dæmonum
rum Euangelium. Sola fide iustificamur, quod hoc in-
telligimus non de Iacobina Dæmonum fide, sed ita, So-
la in Christum fide iustificamur coram Deo, ut iustifica-
ti ex fide, pacem habeamus erga Deum per solum Chri-
stum &c. Rom. v. Id quod nunc diximus, Prædicamus
per hoc & asserimus illum articulum fidei nostræ, Cres-
do remissionem peccatorum, Sola in Christum fide ius-
tificamur coram Deo, id est, per solum Christum, quem
sola fide, non operibus nostris, apprehendimus, iustifi-
camur a Deo, id est, Deus imputat nobis iniustis & dam-
natis suam iusticiam, & non imputat nobis nostram in-
iusticiam, hoc est, remittit nobis nostra peccata. Sola fi-
de iustificamur, id est, per solum Christum habemus re-
missionem peccatorum, & sumus filii Dei, quemadmo-
dum Petrus in Concilio Apostolorum ita concionatur,
& statuit, Viri fratres, uos scitis quod iam dudum Deus
elegit inter nos, ut per os meum audirent Gentes uerbum
Euangelij, crederentq; Et qui nouit corda Deus, testi-
monium prebuit illis (id est, Gentibus in domo Cor-
nelij, Acto. x.) dans illis Spiritum sanctum sicut & no-
bis nihilq; discernit inter nos & illos, fide purificans cor-
da illorum. Nunc ergo quid tentatis Deum (uos Phari-
saica factio) ut imponatur iugum super cœrues discipu-

Gggggg lorum

DE BLASPHEMIA

Iorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Sed per Gratiam Domini Iesu Christi credimus nos saluari, quemadmodum & illi. Et Paulus Acto. xij. Notum sit uobis, uiri fratres, quod per Iesum crucifixum uobis remissio peccatorum annunciatur, & ab omnibus, a quibus non potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo ne superueniat uobis quod dictum est in Prophetis. Vide te contemptores &c.

Dicunt ridiculi, ubi est scriptum, Sola fide.

Hic uicti isti Theologi contemptores tam aperta ueritate & syncera Euangelij prædicatione, quam prædicant sancti Prophetæ & Apostoli per Spiritum sanctum, quam confirmauit Christus filius Dei sua prædicatione, miraculis & sua morte, incipiunt ualde ridicule urgere nos. Dicite, inquit, ubi est in scripturis sanctis scripta illa Ecclasiua, Sola, cum dicitis, Sola fide hominem iustificari? Ita pueriliter ineptiunt, & sunt indocti disputationes. Obliviscuntur enim causæ quam agunt. Quidam ex eis docent per opera nos iustificari, quidam uero per opera & fidem simul, quæ omnia sunt blasphemia doctrina & abnegatio Christi, quamvis hoc cœci non uideant. Quibus opponimus Exclusiuam Sola fide, ex omnibus scripturis Prophetarum & Apostolorum, quæ dicunt, Non ex operibus, Non ex sanguinis bus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex solo Deo. Non ex operibus iusticia, quæ feceramus nos &c. Excludimus opera humana a iustificatione, quod per opera non iustificamur, neq; cum fide, neq; sine fide, id quod tamen Aduersarij & hostes Euangelij Papistæ dicunt, nescientes de quibus affirment, Nam nullus eorum expertus est unquam, quod per opera iustificatus est sive sine fide, sive cum fide, ut nunc non di-

cam.

cam, quod tales fidem habere non possunt, ut manifeste uides in Pharisæo, Luc. xvij. & in istis pharisaicis Theologis, qui post multa opera docent Christianum hominem debere dubitare, Egregie scilicet iustificati sunt per sua opera.

Igitur, Sola fide, dicimus ex scriptura & Euangelio Christi, contra Sophisticas iustificationes, quia uerbum Dei in scripturis Sanctis & in Euangelio salutis nostræ, dicit, Non ex operibus, ut astrauiamus gloriam Christi, qui solus est iusticia nostra, quemadmodum Ieremias prædixit, hoc est, nomen quo uocabunt eum, DOMINUS IVSTICIA NOSTRA. Nam quæ de fide dicimus, dicimus de Domino nostro Iesu Christo, qui fide apprehensus est iusticia nostra, Non potest apprehendi, nisi Sola fide, Ergo Sola fide iustificamur, id est, Solus Christus filius Dei, qui sola fide apprehenditur a nobis, est iusticia nostra. Sed nostri Aduersarij hanc iusticiam fide, quæ non est operum, non intelligunt, quia nunc quam sunt experti.

Vbicunq; igitur scriptum est, Non ex operibus, ibi uere intelligitur scriptum Sola fide, Nam disputatio & contentio est, num iustificemur ex operibus, uel potius ex fide. Et scriptura dicit, Non ex operibus, sed ex fide in Christum, id quod & approbat experientia omnium Sanctorum, Ergo Sola in Christum fide nos iustificari, nihil aliud est, quam Solo Christo, & per solum Christum fide apprehensum nos habere remissionem peccatorum, nos esse filios Dei ad imaginem Dei, in iustitia & sanctitate ueritatis, nos habere uitam æternam. Breuiter, hoc nihil aliud est, quam ipissimum Euangeliu gloriæ magni Dei. Qui hoc negat, negat Christum. Qui hoc damnat, damnat Christum. Qui credit in Christum

Gggggg ij habet

Attende &
disce hoc dia
ligentiſimo.

Non ex ope
ribus.

DE BLASPHEMIA

habet uitem æternam. Qui non credit dominatus est,
Christus dicit, Ego sum resurrectio & uita, Qui credit
in Me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit
& credit in me, non morietur in æternum &c.

simile.

Certe, ut audis, fides in Christum non est hic Christo res mortua, ut illi Iacobò sua fides, sed ipse Christus in fide nostra est uita æterna, dum interim non credentes manent in morte æterna. Sicut preiosa gemma in anulo aureo comprehensa, facit anulum ualere multis milibus aureorum, cum interim aurum anuli uix ualeat aureis tribus, quod uel pauper rusticus posset sibi comparare. Sic Christus in fide nostra facit fidem omnipotentem, iustificantem, saluantem, impetrantem a Deo omnia, omnia efficientem, etiam maxima, etiam maiora, quam Christus fecit super terram. Ioh. xiiij. quemadmodum Christus alibi etiam dicit, Omnia sunt possibilia credenti, & Habacuc, Iustus ex sua fide uiuet, non erit inanis homo & res mortua, sed potius erit uiuens uita æterna. Hæc fides non est mors, ut tua Iacobe, sed uita æterna, Christus Ioh. xvij. Hæc est uita æterna, ut credant etc. Hæc fides non est res mortua, quæ sit uiuificanda per opera Iacobi, uel res informis, quæ formetur Sophistica charitate, quemadmodum uocat fidem charitate formam, Omnia tribuunt charitati suæ, siue operibus suis, iusticiam & uitam æternam, confidentes in semetipsum tranquam iusti, & aspernantes cæteros, ut ille Phariseus Lu. xvij. & nunquam iustificantur coram Deo, ut ibidem dicit Christus. Ideoq; & nunquam faciunt bona opera, id est, opera quæ Deo placeant, etiamsi multa faceantur, Et non uident coeci, se nihil aliud docere, quam legem siue opera humana, non Christum ad iusticiam

SPIRITVS.

CCCCLXXI.

Nicetam & uitam æternam, Euangelium Christi non nos uerunt. Fidem autem dicunt esse rem mortuam, & omnino inanem, nisi formetur & uiuificetur per uiuificantia & omnipotentia ipsorum opera, & non uident blasphemii, omnia quæ scriptura sacra de fide dicit, de Christo dici, qui factus est nobis a Deo iusticia, sapientia, sanctificatio, redemptio & uita æterna.

Dicere autem, quod Christus, quem sola fide suscipit Iacobina Dœ pimus (Ioh. i.) est res mortua, inefficax, inanis, absq; spiritu, donec per spiritum operum & uitam meorum operum uiuificetur, ut misera fides in Christum miser Christus fide apprehensus uiuat & aliquid possit, est insignis blasphemia & uenenum antiqui serpentis, negatis Christum esse nostram iusticiam & salutem, & tamen ista uidet in manifestis Iacobi uerbis, & ne dubites de sententia eius, illustrat suam doctrinam ualde aperta similitudine. Sic enim ait, Sicut corpus absq; spiritu mortuum est, ita & fides absq; operibus mortua est, Qui non uidet sentiam Iacobi in hac similitudine, nihil uidet.

Sihoc dicit Iacobus de iactata, falsa & mortua Dœ Euangelica monum fide, quemadmodum quædam eius uerba so- interpretatio nant, qnæ non est uera fides, quid opus erat hac dispu- periculosoře tatione contra iusticiam fidei, contra doctrinam Prophe uerborum I& tarum & Apostolorum, contra experientiam omnium cobi, ne ex Sanctorum, atque adeo contra Christum iusticiam no- uerbis Iacobi stram: quid opus erat etiam corrumpere & falsificare condemnes hasce scripturas, Credidit Abraham Deo. Et Rhaab impie Christe per fidem iustificata est: quid opus erat operibus hu- cum Euange manis tribuere iusticiam & uitam, id quod est negare lio gloria Del Christum esse iusticiam nostram & uitam? Satis fuisset et tua salute

G g g g g iii dicere

DE BLASPHEMIA

dicere contra illos, qui gloriantur se credere & pessime uiuant, Tu non credis, fides de qua gloriariis mortua est, id est, nihil est, id quod declaras tamen ex fructibus infidelitatis, qui talia agunt, non sunt filii Dei, & (ut Paulus ait) regni Dei hereditatem non consequentur, quemadmodum in hac sententia de ficta fide recte dicit Jacobus, & bene conuenit.

Quæ, inquit, utilitas est, fratres mei, si fidem dicat aliquis se habere, id est; iactitet se etiam credere & non esse infidelem, opera uero non habeat, uidelicet fidei siue fidelis hominis, sed pessime uiuat malis operibus, quæ sunt fructus infidelitatis, Num potest fides (scilicet illa falso iactata) saluum facere illum? Et addit simile, Quod si, inquit, frater aut soror nudi sunt, & e gentes quotidiano uictu, Dicat autem aliquis uestrum illis, abite cum pace, calescite & saturamini, non tamen dederitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Certe ille est irrisor proximi non dilector, nullam habet charitatem erga proximum, Ergo non habet fidem, & declarat ipso facto siue opere malo, quod est contra charitatem, se mentitum esse quando dixit se fidem habere. Sic & fides, quam dicit se aliquis habere, si facta non habuerit, id est, si mala opera produixerit, nullam charitatem erga proximum exhibuerit, mortua est in se met ipsa, id est, nulla est, non est fides uera, sed mendax opinio, & Satanæ ludibrium.

Fides uera in Christum efficit, ea est per charitatem, habet bona opera.

Quia fides in Christum est Dei uirtus, uiua & efficax, quæ per charitatem operatur bona opera, ut Paulus dicit Gala, v. tantum abest ut sit mortua, ut potius charitas & bona opera sint mortua, id est, nulla & plane nihil sine fide, Vbi enim non est fides in Christum (hoc enim

SPIRITVS. CCCCLXXII.

enim solum uocat scriptura fidem & fiduciam & spem in pera ex fru^o
 Deum) ibi non potest esse charitas & bona opera a Deo. dum salutis,
 præcepta. Quia mala arbor non potest proferre, impos- non est abs^o
 sibile est, ut proferat fructus bonos. Vbi uero est fides in fructu iusti-
 cie, ut Iacobi
 na Dœmonū
 fides, que on
 dio habet De
 um, & perfe-
 quitur Abe-
 lem, id est, San-
 tos.
 Christum, ibi homo iustificatus, & filius Dei per hanc
 fidem factus, habet charitatem; ibi fides per charitatem
 operatur bonum erga omnes, ibi Spiritus sanctus, qui
 fide illuminauit & purificauit cor, ut clamemus ad De-
 um, Abba Pater, facit abhorrire ab omnibus Diaboli o-
 peribus, & amare opera Dei, id est, bona opera quæ De-
 us præcepit, in primis uerbum Dei per Prophetas & A-
 postolos nobis traditum, ut non deficiamus a fide ad do-
 ctrinas & mandata hominum, quæ sunt doctrinæ &
 blasphemiae Dœmoniorum, in hypocrisi loquentium
 mendacium &c.

Sic & Augustinus docet de iusticia fidei & operis
 bus legis, id est, bonis operibus per legem Dei in decem
 præceptis nobis mandatis. Non enim opera legis in Pau-
 lo significant solum opera ceremonialia in Mose, quem
 admodum quidam dixerunt, contra quos eruditæ ex sa-
 cra scriptura scribit Augustinus in libro de Spiritu &
 Litera, quali uero ex operibus ceremonialibus legis di-
 uinæ non iustificemur, sed iustificemur ex operibus &
 ceremonialijs traditionum humanarum, uotis monasticis
 & excogitatis cultibus falsarum religionum Scriptura
 dicit, Non ex operibus. Item, Non ex sanguinibus &c.
 Augustinum cito, quod ueritatis hostes trepidant & at-
 toniti audiunt, quando uident testimonia doctorum,
 ubi uero audiunt testimonia Dei ex doctrina Prophe-
 tarum & Apostolorum atq; adeo ex ore Christi, de quo
 Pater dicit, Hunc audite, & Moses, Illum audies, uel
 contemnunt, uel haeresin esse clamant, & non cessat
 iste.

DE BLASPHEMIA

iste Antichristianus populus contemnere & blasphemare.

Augustinus in libello de fide & operibus, ex scriptura & ratione Evangelij Christi, sic dicit cap. xiiij: cum dicit Paulus, Arbitrari se, iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut percepta ac professa fide, opera iustitiae condemnentur, sed ut sciat se quicq; per fidem posse iustificari, etiamsi legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. Si Augustinum aduersarij in hac recipiunt parte, certum sit eis, opera non iustificare coram Deo, neq; cum fide, neq; sine fide. Solam uero non Dœmoniorum Iacobi, sed in Christum fidem, quæ postea operatur uel efficax est per charitatem, ut artifex operatur per instrumentum, quod sine artifice mortuæ res est & inefficax. Si uero ibi postea charitas non est, ne fides quidem ibi est illa, quæ solum Christum credit & confidit esse iusticiam suam, sed homo nihil est, ut dicit Paulus contra iactatores charismatum, qui charitatem non habent, i. Corinth. xij. etiamsi homo habeat omnem fidem.

Si habuero omnem fidem
Locutus Mat. 7. Omne dixit pro magnam, de fide heroica faciente miracula in nomine Christi, de qua cap. superiori dixit. Alijs per Spiritum datur fides, fides in Christum datur omnibus Christianis, non quibusdam, & sine illa fide nemo est Christianus. Ergo illa fides, quæ datur quibusdam, est singulare donum Dei faciendi miracula, ut habuit Iudas proditor, non solum alij Apostoli, Matth. x: ut habent etiam illi Matth. viij. qui coram extremo iudicio dicturi sunt, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, siue prædicauimus? nonne in nomine tuo Dœmonia eiecumus & signa magna fecimus? quibus dicet Christus,

SPIRITVS: CCCCLXXIII.

Christus, Discedite a me operari*j* iniquitatis, uos idolo*s* latr*a*, qui ex illis optimis & maximis operibus meis, quae (ut dicitis) fecistis in nomine meo, constituistis uos Deos alienos, siquidem confiditis uos suscipiendos in uitam æternam propter illa opera, quemadmodum dicitis, Domine, Nonne in nomine tuo prohetauimus &c. Ergo propter illa opera maxima debes nos suscipe*r*e. Toruum aspicis nos, & terres nos tuo iudicio, uis nos abi*c*ere, nos fecimus maiora opera quam illi, quos nunc suscipis, Ergo sumus digniores uita æterna quam illi, uide ne facias nobis tam sanctis uiris iniuri*s* am.

Egregie fatentur se non credere, quod per Solum & propter solum Christum sint suscipiendi, sed propter sua opera, quae maxima fuerunt. In opera illa crediderunt, non in Iesum Christum. Per illa opera & egregia dona Spiritus, cum essent in officio Christi, sese magnisificabant, & alijs sese præfereant, quemadmodum Doctores Corinthiorum, non aliter atq*z* Pharisæi, Lucæ xvij: qui confidebant in semetipsis tanquam iusti, & aspernabantur cœteros. Respiciunt in singularia dona sua, quae præ coeteris acceperunt, & confidunt in operibus suis, id quod non est credere in Christum, siue confidere in Solo Christo. Et contemnentes alios, qui tanta dona non acceperunt, suscitant dissidia in Ecclesia & sectas, id quod non est charitatem habere. Vbi non est fides in Christum, ibi non est charitas erga proximum. Porro ubi uides non esse charitatem, sed malam uitam, non solum illam coram mundo in honestam, quando homo in officio Dei per singularia Dei dona sese magnifacit, & conterat alios, facit quidem multa & maxima opera, etiam diuina miracula, non tamen ad gloriam Dei, quam

H h h h h non

DE BLASPHEMIA

non curat, neq; ad commodum proximi, de quo non est sollicitus, licet per Deum in officio talia cedant ad gloriam Dei & salutem proximi, ut Iudæ proditoris prædicatione & miracula in Apostulatu ipsis credentibus & sacernatis, sed ad suam ostentationem, gloriam, cupiditatem & lucrum, ibi ut certo signo certus esse debes illum hominem esse nihil coram Deo, non credere in Christum, non esse filium Dei, etiam si totus mundus iuret eum esse sanctissimum.

ne statim iudices Excipio (ne statim iudices) infirmitates Sanctorum, quæ post conuersionem adhuc tantæ sunt, ut penescandalizemur de Ecclesia Christi, & tamen interim Deus eos diligit, & ipsi insitis infirmitatibus seruantur, ne pereant.
dices, excipio
infirmitates
Sanctorum,
cum interim
damnatae sunt
sancitatem
nebulonum.

Extra hasce temptationes, Charitas est externum sicutum internæ fidei, atq; adeo est fructus fidei, quemadmodum Christus dicit, in hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Non dicit, Per charitatem iustificabimini & habebitis uitam æternam, ut non dicam quod hoc non potuit dicere illa dei, non est iure unica salus nostra, quod tamen dicunt nostri Sophistæ affectio nostra pud Papistas, qui charitatem uocant gratiam, & sub nomine Gratiae sive charitatis sive, nihil aliud docent quam legem contra ueram gratiam Dei in Christo, & homines sub lege propter peccatum damnatos, iustificandos per dilectionem Dei & proximi, id est, per legem sive legis impletionem, quod est impossibile Rom, viii. Nam qui adhuc in peccatis suis sub lege sunt, legem præstare non possunt.

sophistæ. Id quod testificantur istorum Sophistarum contumacis, qui postquam multa opera fecerunt non solum sepius dubitari legis, sed etiam & multo amplius traditionum humanarum &

SPIRITVS. CCCCLXXIII.

rum & sacerdotum cultum & falsarum religionum, sicut
 Scribæ & Pharisæi, de quibus legis in Euangelio, & post
 quam inflati sunt religione Angelorum in ihs que non no-
 uerunt, cœcitate & amentia a Deo percussi, tamen adhuc
 dubitant num sint in statu salutis, num sua quæ faciunt
 Deo placeant, & Christianum docent oportere dubitare,
 Damnant recte Pelagiū, qui libero arbitrio hominis per
 legem tribuit iusticiam & salutem, quod homo per libe-
 rum arbitrium & uires proprias possit implere legem &
 legi satisfacere, quæ precipit, Dilige Deum super omnia
 ex toto corde tuo, ex omnibus uiribus tuis, & ex tota ani-
 ma tua, & proximum tuum sicut te ipsum, & sic saluus fie-
 ri per legis impletionem, Cum uero accusaretur a fidelis-
 bus Pelagius, quod per hæc negaret gratiam DEI, Re-
 spondit, Nequaquam nego gratiam Dei, sed dico, Ma-
 gnam esse gratiam Dei, quod dedit hominibus legem, &
 reuelauit nobis suam uoluntatem in lege, quid uelit a no-
 bis præstari, & cognoscentes uoluntatem Dei, possumus
 præstare legem per liberum arbitrium naturale illud nos-
 strum, Sed ipsi nihil minus docent iusticiam legis, & ne-
 gant gratiam Dei in Christo sub nomine & furo gratiae,
 quam uocant dilectionem Dei & proximi, iusticiam au-
 tem Dei per fidem in Christum non nouerunt, quæ pro-
 prie est gratia & fauor Dei erga nos Rom. iiiij. &c.

Quod uero Paulus Omnem fidem dicit pro Maxi si habuero
 illam fidem miraculorum, quam mundus miretur omnem fidem.
 & tantum non adoret, ut est in historia Acto. xiiij. de qua
 antea dixerat, Alij, per Spiritum datur fides, ipsius uerba
 aperte indicant. Si, inquit, habuero omnem fidem, id est,
 tam magnam & coram mundo conspicuam, ita ut mon-
 tes transferam, Videtur tunc uulgo transferre montes,
 Hhhhh jj dictum

DE BLASPHEMIA

dicitum pro maximo aliquo facto, ut & in uerbo Christi
uides, Si habueritis fidem, ut granum sinapis, dicetis mon-
ti huic, transfer te hinc & mittere in mare, & fiet, & nihil
erit impossibile credenti. Sed uult Christus ut in hec opes
ra non confidant, tanquam per ea sint iusti & meliores
alijs, sed confidant per solam DEI gratiam in Christo se
else saluos. Sic enim scribitur Lucæ x. Reuersi sunt septua-
ginta cum gaudio, dicentes. Domine, etiam dæmonia sub-
iungiunt nobis in nomine tuo, quibus dixit Iesus, Nolite
in hoc gaudere, quod spiritus uobis subiungiunt, sed gau-
dere quod nomina uestra scripta sunt in celis. Et de operi-
bus legis, quod in ea non est confidendum uel per ea spea-
randa iusticia, dicit Lucæ xvij. Cum feceritis omnia quæ
præcepta sunt uobis dicide, serui inutiles sumus, quæ de-
duimus facere fecimus. Quemadmodum & Lucæ xvij.
dicit, Phariseum per opera legis nequaquam iustificatum,
sed potius excæcatum manere in peccatis, quia erat unius
ex illis, qui confidebant in semetipuis tanquam iusti, non
confidebant in solam Dei misericordiam, quæ est Chris-
tus, & aspernabantur alios, id est, non habebant charita-
tem. Sed de publicano confidente in solam Dei propicia-
tionem siue operibus legis, dicit æterna ueritas, Dico uo-
bis, descendit hic iustificatus in domum suam præ illo. Si
illa maxima opera miraculorum, quemadmodum dixi ex
Matth. vij. & Lucæ x. quæ tamen fiunt in nomine Chris-
ti, magna fiducia & fidei impetu, id quod datum est per
Spiritum quibusdam Christianis non omnibus, (ut Pau-
lus ait, Alij per Spiritum datur fides) non iustificant cora-
m Deo. Item Si opera legis diuinæ, quemadmodum
dixi ex Lucæ xvij. & xvij. non iustificant coram Deo, si
leant papistici doctores de suis operibus & fictis cultibus
& falsis religionibus, id est, dijs alienis & ueris idolatrijs,
per quæ confidunt iustificari & saluari.

Per

SP IR IT VS. CCCCLXXV.

Per solum Christum iustificamur & saluamur accessus *solum Christus*
 pro vita æterna, & non per opera nostra, id quod prædicat *iustitia nostra*.
 nobis tota scriptura Prophetarum & Apostolorum, atq[ue]
 adeo ipse Christus Dominus Prophetarum & Aposto
 lorum, qui ad hoc datus est nobis ut sit iusticia nostra. 1.
 Cor. 1. Sed Christum sola fide suscipimus & appræhendis
 mus ut sit nostra iusticia Ioh. 1. Ergo Sola in Christum fide
 de iustificamur coram Deo & habemus bonam consciens
 entiam coram Deo de remissione peccato, Quod Petrus sic
 dicit in Act. Christo omnes Prophetæ testimonium per
 hibent &c. & 1. Pet. 1. Benedictus sit Deus & pater Do
 mini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam misericordiam
 suam regenuit nos in spem uiuam, per hoc quod re
 surrexit Iesus Christus ex mortuis, in hereditatem immor
 talem, & incontaminabilem atq[ue] immarcescibilem, conser
 uatam in celis erga uos, qui uirtute Dei custodimini per
 fidem ad salutem &c.

Audiamus Mosen & Prophetas nisi uelimus cum
 diuine detrudiri in ignem æternum, Lucae xvi. atq[ue] adeo au
 diamus ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, De
 quo pater clamat, Hunc audite, & Moses, Qui Propheta
 tam illum non audierit Ego ultor existam, quem Paulus
 uas electum ad hoc, ut portet nomen Christi in totum
 mundum, prædicat in omnibus scriptis suis & in Actis
 Apostolorum, solum esse iusticiam nostram per fidem so
 lam, ut calumniator sis & plane impius negator Christi
 & iniurius in sanctum Apostolum Paulum, in Propheta
 tas & sanctos Apostolos, si alicubi in scripturis & in ipso
 Paulo fucum quiesceris contra iusticiam Christi, id est, con
 tra hoc, quod Sola in Christum fide iustificamur coram
 DEO, quemadmodum fecerunt in hoc loco Pauli, sic dis
 centes

Hhh hh b ij

centes

DE BLASPHEMIA

centes, Paulus scribit Corinthijs. Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Ergo non est uerum, quod Paulus ubique scribit Euangelium, & ex Propheticis scripturis & ex experientia fidei confirmat, Solum Christum esse iusticiam nostram, quem non operibus nostris aut dilectione nostra, sed sola fide apprehendimus, ut fiat ipse iusticia nostra, ut sola in Christum fide iustificemur & fiamus filii Dei in æternum salui. Vides insipientiam eorum, quam oderint synceram in Christum fidem, ita ut querant diligenter etiam ex sacris literis, quo contra dicant salutari in Christum fidei, quam Paulus per Spiritum sanctum tractat in Epistola ad Romanos & ad Galatas & in omnibus suis scriptis, atque adeo etiam in ipsa Corinthijs scripta epistola, unde ipsi diuersum accipere conantur. Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum &c, qui factus est nobis a Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, qui glorietur in Domino glorietur. Notis uobis facio, fratres, Euangeliū, quod euangelizauit uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini, quo pacto annunciam uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis quod & acceperam, quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris &c. Non audis iustificationem, id est, remissionem peccatorum per Christi mortem? Nunquam & nusquam dicit Paulus, quod homo impius, peccator & iniustus per charitatem suam sive per opera sua iustificatur coram Deo, ut non dicam quod iniustus qui nondum est iustificatus, non potest habere charitatem, non potest præstare ullum bonum opus coram Deo, etiam si fuerit in opinione maximæ sanctitatis, ut ille Phariseus, Lucæ xvij, qui putabat, se præstare omnia bona

SPIRITVS. CCCCLXXVI.

Bona opera, id est, satisfacere legi & implere legem Dei,
& interim in infidelitate & cæcitate mentis suæ faciebat
pessima opera et idolatriam contra omnia præcepta Dei,
Nam erat unus ex illis, qui confidebant in semetipsis tan-
quam iusti, Hæc est infidelitas et idolatria contra primam
tabulam legis, & aspernabantur alios contra secundam
tabulam legis, in qua præcipitur dilectio erga proximum
Et Christus dicit eum non esse iustificatum per sua eges-
tia opera mundo conspicua, sed mansisse in peccatis &
damnatione, peccatorem autem qui mala prestiterat ope-
ra, per fidem iustificatum, Utq; etiam non dicam, quod
Paulus uas electum, plenus Spiritu sancto tantus Apos-
tolus, non potuit negare Christum & ita blasphemare,
homo damnatus iustificatur per suam charitatem sive per
sua opera & meretur uitam æternam. Atq; adeo per Spis-
ritum sanctum pseudapostolos damnans, negat hoc con-
stanter & dicit, Non per legem, sed Gratiæ, per Gratiam,
sine operibus legis, Non ex operibus, ne quis glorietur,
Non ex operibus iusticiæ quæ feceramus nos, sed secun-
dum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum
regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effu-
dit in nos abunde, per Iesum Christum salvatorem no-
strum, ut iustificati illius gratia heredes efficeremur iuxta
spem uitæ æternæ.

Hic est, inquit (Tit. iiiij.) indubitatus sermo, Quare
ergo Antichristiani doctores dubitant de hoc, & faci-
unt suis Demoniorum doctrinis hunc sermonem, id est,
Euangelium de Christo incertum per suas charitates &
operas, Spiritus sanctus in scripturis Sanctis reuelat no-
bis gratiam Dei, sive Euangelium salutis in sola miseri-
cordia Dei, quæ Christus est, & exponens ut indubita-

H h h h h iij.

nobis

DE BLASPHEMIA

nobis sermonem reddat, addit. Non ex operibus, Non ex meritis humanis aut angelicis, sed ex sola misericordia siue propiciatione Dei, quæ Christus est, quemadmodum orat publicanus, Deus propius esto mihi peccatori. Et David, Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam, amplius laua me &c.

Misericordia
et gratia Dei
est Christus.

Hæc misericordia, propiciatio, gratia, iustificatio siue iusticia, statim a lapsu hominis est misero, damnato & iniusto homini promissa per Euangelium, Semen mulieris conteret caput serpentis. Et postea Abraham per hoc Euangelium, In semine tuo benedicentur cunctæ cognationes terræ. Tales promissiones de misericordia Dei siue de Christo, requirunt fidem, ut demus gloriam Deo, & credamus ei promittenti, quemadmodum Paulus de Abraham dicit Rom. iiiij. ubi præterea apertissime negat Paulus Abraham ex operibus iustificatum, quæ tamen sancta & multa fecit, factus Deo obediens ita ut etiam iussus immolaret filium unigenitum.

Abraham.

Quid dicemus, inquit, inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem, id est, ex suis viribus & operibus? Nam si Abraham ex operibus iustificatus est, habet quod glorietur, sed non apud Deum (misera gloria operum, ut illa Pharisæi, Lucæ xvij. quæ non est gloria vel iusticia, siue iustificatio apud Deum) Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iusticiam, Ei vero, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iusticiam. Quemadmodum

SPIRITVS. CCCCLXXVII.

dum & David explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat iusticiam absq; operibus, Beati quorum &c. Quid Adam meruerat, ut acciperet Euangeliū gloriæ Dei, Semen mulieris conteret caput serpentis & pessime fecerat, seipsum occiderat morte æterna, & totum genus humanum, quantus contemptor Dei, quantum homicida est Adam. Et tamen in hisce maximis peccatis accipit a Deo promissionem salutis æternæ, & sola fide iustificatur sine operibus, imo contra opus pessimum quod fecerat, Annon Latro in cruce Sola fide in Christum iustificatus est? Erat iam in morte, erat iam damnatus iusto iudicio ad crucem propter sua latrocinia, quæ erant eius opera, quibus crucem & infernum meruerat, Et tamen subito conuersus ad Christum edit confessionem & orationem fidei, Memento mei Domine, dum ueneris in regnum tuum, & audit iuramentum & promissionem salutis æternæ. Et ipse credit se suscepptum in gratiam Dei per Christum crucifixum, sine suis meritis siue operibus, nisi latrocinia, ob quæ nunc occiditur, dicas fuisse eis merita, quemadmodum Esaias cap. xl. dixit de gratia Dei per Christum. Suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis.

*Adam.**Latro.*

Ergo ad hoc ut impius iustificetur coram Deo, & fiat filius Dei, non sustinet Spiritus sanctus in scripturis opera humana, neq; cum fide, neq; sine fide, sed dicit a parte, Sine operibus, gratis per gratiam, ut qui gloriantur in Domino glorietur. Et ita experiuntur per fidem conscientie omnium Sanctorum. Quotquot enim ab Adam usq; ad nos iustificatis sunt, non aliter iustificatis sunt, quam Sola in Christum, siue in solam Dei misericordiam fide, & gaudentes gratias egerunt Deo, perpetuo in fide inuocantes & orantes &c.

Iiiiii

Opera

DE BLASPHEMIA.

Opera ante
& post fidem
etc.

Opera si ante fidem & iustificationem ueniunt, ius-
tificare non possunt, quia non sunt bona opera, sed im-
piæ arboris fructus, & si in eis confiditur, quod per tas-
ta hominu*m* iustificatur, est habere Deos alienos et uera Ido-
latria, ut erant opera Pharisæi, Lucæ xviiij. Si uero opera
ueniunt post fidem & iustificationem, iam sunt fructus,
bonæ arboris, charitas, confessio & declaratio fidei no-
stræ, & iustificare nos coram Deo non possunt, quia ius-
tificatio iam ante opera facta est. Sequuntur enim ius-
tificarum (ut audisti etiam ex Augustino) non præces-
dunt iustificandum.

Similiter & illis uerbis Christi, Matth. xxv. abusi-
sunt contra Christum, quasi Christus non sit iustitia no-
stra, sed opera nostra nos iustificant coram Deo, & pro-
pter ea recipiamur in uitam æternam, & non propter so-
lum Christum. Et in tota sacra scriptura, ubi commen-
dantur bona opera & obedientia fidelium filiorum
Dei, ibi affingunt quod scriptura neq; dicit, neq; dicere
potest, opera nos iustificare & mereri nobis uitam æter-
nam, quasi uero Christus filius Dei cum sua passione,
prorsus sit nobis inutilis, ut dicit Paulus Gala. iiij. V. itam.
quam uiuo in carne, per fidem uiuo filij Dei, qui dilexit
me, & tradidit semetipsum pro me. Non aspernor gra-
tiam Dei, Nam si per legem est iustitia, igitur Christus
frustra mortuus est Sic aiunt, Christus dicit in extremo
iudicio, Esurui & dedistis mihi manducare. Sicuti & de-
distis mihi &c. Et ibunt hi in supplicium æternum, Iusti-
uero in uitam æternam. Et Ioh. v. dicit. Prodibunt qui
bona fecerunt in resurrectionem uitæ, & qui mala fece-
runt in resurrectionem iudicij siue condemnationis. In
Psalmo quoq; sic dicitur, Tu reddes unicuique iuxta opes
ea suæ. Et Propheta Iehu dicit Regi Iosaphat ij. Para. xix.
Impio-

SPIRITVS.

CCCCLXXVIII.

Impio scilicet præbes auxilium, & ijs qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum ut requireres Dominum Deum patrum tuorum. Ex hisce scripturæ locis sic inferunt. Hic commendantur bona opera, & nihil dicitur de fide, ergo bona opera iustificant, & per bona opera meremur uitam æternam, quia qui bona fecerunt ibunt in uitam æternam, qui mala in ignem æternum.

Respondeo, Sine fide impossibile est ut aliquis placat Deo, Lex sine Christo fieri non potest, Mala arbor non faciet fructus bonos, Fides uera apprehendit Christum iusticiam nostram & uitam, & fecunda Spiritu sancto parit charitatem, operaturq; per charitatem opera a Deo mandata, quæ nouit Deo placere, quemadmodum ante diximus ex Paulo, fides quæ per charitatem operatur, Filij Dei per fidem in Christum facti & hæres uite æternæ, iam ambulant super terram, id est, uiuant ut filii Dei, quisq; in uocatione sua, cum omni submissione ac mansuetudine, cum animi lenitate, tolerantes iniuciem per charitatem, studentes seruare unitatem Spiritus per vinculum pacis, crescentes in cognitione Domini nostri Iesu Christi, ita ut non moueantur quis uento doctrinæ, per uersutiam & astutiam hominum mente corruptorum, & ædificantes seipso in charitate, Non ambulant posthac sicut gentes ambulant, in uanitate mentis suæ &c. quæ legis in Epistola Pauli ad Ephesios capite iiiij. v. & vi. de bonis operibus filiorum Dei, siue de fructibus fidei Christianorum, longe sublimius, quam unquam Philosophi de uirtutibus praæcepserunt, quam unquam leges ciuiles de moribus, & ius

Vera bona
opera DEO
placentia.

DE BLASPHEMIA

Iusticia statuerunt, & quam unquam Papistæ de charitate:
& bonis operibus somniarunt.

Hæc bona opera & nos docemus, & exhortamur in Christo filios Dei, qui fide in Christum iustificati sunt & filii Dei facti, ut talia opera praestent & perpetuo inuocent & adorent patrem in spiritu & ueritate, & caueant a falsa doctrina, abstineantq; ab omni malo opere quod Deus prohibuit, ut confundantur mendaces Papistæ, qui claimant nos prohibere bona opera, habent nostras conciones, uident nostra scripta, & tamen audent impudenter hoc contra nos mentiri, propter Euangeliū hoc Christi. Sola in Christum fide, sine operibus legis, sine meritis nostris, iustificamur coram Deo, & simus filii Dei, in æternum salui, ut sic per Gratiam Dei in Christo bonæ arbores, id est, filii Dei facti, postea faciamus bonos fructus, id est, opera uocationis nostræ, in multa tolerantia & patientia per charitatem, Ita recte docemus de fide in Christum & de bonis operibus, charitate & cruce, ad gloriam Dei patris.

Hanc doctrinam Dei de Christo, quod solus Christus, qui sola fide appræhenditur, est iustitia nostra, & non opera siue merita nostra, non sustinent AntiChristiani Papistæ, sed oderunt, calumniantur, blasphemant, condemnant, persecutuntur, ut ex professo hostes Christi, in tam aperta luce ueritatis, & Euangelio tam clare nunc lucente in facie Christi Iesu, Sed habent suum iudicem, quem non uolunt habere salvatorem, impegerunt enim in lapidem offensionis & petram scandalis, & excœauit eos malitia eorum post cognitam ueritatem, De illis solum loquor (id quod saepè ante dixi) quorum conscientiae uictus sunt per doctrinam ueritatis, ut uideant Euangelium hoc esse:

*Blasphemæ ho-
stis,
die in spiritum
sanctum.*

SPIRITVS. CCCCLXXIX.

esse Dei ueritatem quod prædicamus, & se nullum habe
re uerbum Dei, quo suam doctrinam statuant, nec tamen
poenitentiam agunt coram Deo, sed fiunt Epicurei porci,
blasphemii in Spiritum Sanctum, Impugnantes, damnans-
tes, persequentes cognitam ueritatem contra suam ipso-
rum conscientiam, ut consulant suæ ambitioni, gloriæ &
lucro, ne uideantur errasse & seductores fuisse cum suis
dæmoniorum doctrinis, Sunt enim animalia uentris &
gloriæ mancipia, Epicurei & hostes Dei, ut Hannas, Cai-
phas, Iohannes, Alexander, magistratus templi & alij Sa-
ducæi, Acto. iiiij. & v.

Bona opera igitur quæ laudantur in scripturis san-
ctis, sunt tantum opera credentium, iustificatorum, filio-
rum Dei, id est, fructus boni bonæ arboris, Et Scriptura Bona opera
non dicit, quod talia opera iustificant coram Deo in con- sunt signa iu-
scientia, ut amplius homo non habeat conscientiam ma- sticiae sine salu-
tis.
Nam coram Deo de peccato suo, Nam hoc est impossibile,
& hoc dicere esset blasphemia & negatio Christi, Sed scri-
ptura in talibus locis declarat nobis, qui sint fideles & bo-
nae arbore, iustificati, filij Dei, in æternum salutis, ex fructi-
bus, Nam nos fidem cordis eorum intueri non possum⁹,
quemadmodum Iere. v. dicitur, Domine oculi tui uident
fidem &c. Cognoscimus ergo eos ex fructibus, quemad-
modum Christus dicit, In hoc cognoscent omnes quod
mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem,
Item. Non uos me elegistis, sed Ego elegi uos, & consti-
tui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester ma-
neat, ut quicquid petieritis Patrem in nomine meo, det
uobis, Item, In hoc glorificatus est pater meus, ut fructū
copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut di-
lexit me Pater, ita et Ego dilexi uos, Manete in dilectione

Iiij. ij.

mea.

DE BLASPHEMIA

mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & Ego præcepta patris mei seruavi, & maneo in eius dilectione. Audis nos ad hoc esse factos discipulos Christi, Christianos, iustificatos filios Dei, ut obediamus Deo, id est, diligamus nos mutuo, nos ad hoc esse factos ministros Christi & prædicatores Euangeli, ut eamus & fructum multum afferamus, per charitatem prædicando & seruiendo siue bona faciendo alijs, in patientia et fructus noster maneat in æternum, quemadmodum in psalmo primo scriptum est, Et folium eius non marcescet, & omnia quaerunt faciet prosperabuntur.

Charitas hæc Magna commendatio est beneficentiae & patientiae bet remunera nostræ propter Christum, quemadmodum charitatem de tionem, pro scribit Paulus, Charitas-patiens est, benigna est &c. quod pter Dei pro Charitas nostra quæ est fructus fidei, per quam fides no mmissionem. stra operatur bonum & patitur malum propter Christū, manet in æternum, & accipit æternam remunerationem, ita ut & Christus dicat in extremo iudicio Iustis, id est, per solum Christum, quem sola fide suscipimus, iustifica tis filii Dei, Esuriri & deditis Mihi, Mihi, inquit, dedi stis, id est, propter Me & propterea quod credidistis in me & amastis me, fecistis bona & commodi fuistis fratribus & passi estis mala, quibus bonis fructibus declarasti uos esse arbores bonas, credentes in Me & per fidem ius

Deditis Mihi. stificatos filios Dei, Si filii estis Dei, & hæredes estis, Ergo Accipite filij hereditatem. Venite, & accipite hæreditatem æternam, Ibunt, inquit, Iusti in uitam æternam,

Vnde quæso sciemus eos esse iustos & credentes Ex fructibus filios Dei, qui corda cognoscere non possumus? Responsus arbor cognoscet Christus, Ex fructibus siue ex charitate, quod bona fecerunt

SPIRITVS. CCCCLXXX.

fecerunt Mihi, & mala passi sunt propter Me, nec ullis malis & ingratitudine potuit charitas apud eos extingui, sed dilexerunt etiam inimicos suos, pro quibus orauerunt, Ergo iusti sunt, filij Dei & heredes uitae æternæ, Qui sunt igitur qui bona fecerunt, nisi iusti qui per fidem in Christum iustificati sunt, in quibus fides per charitatem opera batur bona, id quod Christus, ut audisti, aperte dicit: Hi ingredientur in uitam æternam, Qui autem sunt qui mala fecerunt, nisi iniusti id est, qui non crediderunt in Christum, qui per fidem in Christum non sunt iustificati, sed manserunt sub ira Dei in peccatis & in iniusticijs suis damnati, quemadmodum Ioh. iiiij. dicitur, Qui credit in filium habet uitam æternam, Qui autem non credit in filium, ira Dei manet super eum, Hi iniusti fecerunt iniusta, id est, mala opera a Deo prohibita, male abores produxerunt malos fructus, & ibunt in ignem æternum, Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum exciditur (Matth. viij.) & in ignem mittitur.

Itaq; ubi scriptura loquitur de operibus siue bonis siue malis, iubet ex fructu arborem cognoscere, bonam, in scripturis, id est, fidem ex bonis operibus, malam, id est, infidem id est, in herbo ex malis operibus, Sine fide enim impossibile est placere DEI, Deo, Heb. xi. Et Quicquid non est ex fide peccatum est, Rom. xiiij. Bona opera sunt charitas siue dilectio, non abores bona, id est, filij Dei, sed fructus boni erga homines, unde homines cognoscant bonas abores, id est, uere filios DEI, quemadmodum Christus aperte dicit, In hoc cognoscent omnes &c. Non autem dicit scriptura in illis locis, ubi nobis bona opera commendat, quod per bona opera, id est, per charitatem prestatam iustificamur, ut non dicam, quod hoc scriptura non potest dicere, quia hoc impos-

DE BLASPHEMIA

possibile est, Rom. viij. Quod impossibile erat legi per carnem nostram &c. & esset blasphemia contra gratiam Dei & abnegatio Christi, dicere quod per opera iustificamur coram Deo & sumus filii Dei.

Per opera quidem possumus iustificari iusticia exerna & ciuili coram hominibus, quam iusticiam omnes homines possunt praestare & debent etiam praestare, nisi uelint a Iure ciuili & ordinata a Deo potestate puniri, sed haec iusticia non est iusticia coram Deo, ubi sola iusticia fidei, qua fide Christum apprehendimus, ualeat, & iustificat nos, quae est iusticia Dei in nobis credentibus Rom. iiiij. &c. Ut uides in Pharisæo, Lucæ xvij. & Rom. iiiij. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum, Ephe. ij. Non ex operibus ne quis gloriatur. Sunt ergo in scripturis bona opera non iusticia nostra coram DEO, sed signa iustitiae fidei, id est, Christi in nobis, signa filiorum Dei, inchoata obedientia Dei patris nostri, qua incipimus nos filii Dei in Christo, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, diligere Deum & diligere proximum, Deum qui in Christo pater noster est, Proximum qui in Christo frater noster est, Quemadmodum Rom. iiiij. De circumcisione dicitur sic, dicimus quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iusticiam, Quomodo ergo imputata est, cum erat in circumcisione, an cum erat in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei, quæ fuerat in præputio, ut esset pater omnium credentium per præputium, lege reliqua ibi.

Quod dilectio siue bona opera signa sunt, unde cognoscamus filios Dei, tanquam ex fructibus arborem, non amplius post hac peccatores & peccatrices, ut ante fuerunt,

SPIRITVS. CCCCLXXXI.

suerunt, sed per fidem in Christum remissionem peccatorum consecutos, testatur Christus ipse Lucæ viij. & aperitis uerbis & exemplo mulieris, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Cum Simon Phariseus damnaret mulierem in corde, dicens, Peccatrix est, Respondit Christus, qui corda intuetur, Simon, Hanc mulierem declaro tibi non esse peccatricem, quamuis peccatrix fuerit &c.

Vide uero in uerbis Christi Matth. xxv. quod cœci non uident & impij aduersarij Euangelij salutis nostræ uidere nolunt, quod Christus illic commendat iustorum Clasti, inquit, ibunt in uitam æternam Id est, iustificatorum filiorum Dei opera, ut fructus & signa, unde probentur & declarantur esse iusti filij Dei & hæredes uitæ æternæ, non dicit eos per opera esse iustificatos & filios Dei factos & meruisse suis operibus uitam æternam, sed aliunde sanctificatos, iustificatos, filios Dei factos & hæredes regni Dei, uidelicet ex sola Dei Patris misericordia, dilectione, per solum Christum, ab eterno, ante conditum mundum, quando nondum eramus, quando futurum erat, ut in peccatis conciperemur & nasceremur, quæ sunt nostra merita ad infernum spectantia.

Venite, inquit, benedicti Patris mei, qui estis non per opera uestra, licet multa bona fecistis, sed a Patre meo benedicti & liberati a uestra maledictione, cui subiacet totum genus humanum propter peccatum, Per quid estis a Patre meo benedicti? Per me Christum qui sum benedictio omnium gentium, quia credidistis, quod ego sum filius Dei uestra iusticia, benedictio & uita æterna, Multa bona opera fecistis, non autem confisi estis in uestra opera, sed in Me solum, qui sum benedictio, salus & uita

Benedicti Patris mei.

Kkkkkk uestra,

DE BLASPHEMIA

uestra. Ideo estis benedicti Patris mei, quemadmodum dictum est Abrahæ. In semine tuo benedicuntur cunctæ cognationes terræ. Et in Psal. xxi. Quoniam constituitis eum, ut sit benedictiones in æternum.

Regnum p̄d.
ratum uobis
ab eterno, nō
meritum.

Et addit Christus; Possidete Regnum, quod paratum est uobis ab initio mundi. Non dicit, Quod Regnum meriti estis uestris operibus, sed quod uobis paratum est a Patre meo, in me Filio a condito mundo, quando nondum eratis, tantum abest ut aliquid pro Regno faceretis, Mera gratia Patris, est quod per Filiū Regnum æternum accipitis, Christus dicit Ioh. xiiij. Vado parare uobis locum. Et seruus Lucæ xiiij. annunciat hoc Euangelium, Venite, quia parata sunt omnia. Paulus Ephe. i. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali cœlestium bonorum per Christum, quemadmodum elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo in charitate Ciprius patris, quemadmodum infra addit. Secundum beneplacitum suæ voluntatis, & cap. sequenti, Deus qui diues est in misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, conciliavit nos una cum Christo &c.) Qui prædestinavit nos, ut adoptaret nos sibi ipsi in filios per Iesum Christum &c. i. Ioh. iiiij. In hoc apparuit charitas Dei erga nos, quod filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, & misit filium suum propiciacionem pro peccatis nostris.

Non repeto nunc, quod Christus eos dicit iustos,
Iusti.

SPIRITVS. CCCCLXXII.

Iusti; inquit, ibunt in uitam æternam, id quod ante dixi, ibunt Iusti etc.
 Certe oues uocat, Statuet, inquit, oues a dextris, Oues oues.
 Christi non fiunt ex suis operibus, sed ex uerbo Christi
 cui credunt & sequuntur Christum in uitam æternam.
 Ioh. x. Oues meæ uocem meam, id est, Euangelium au-
 diunt, & sequuntur Me, & Ego uitam æternam do eis,
 & nemo rapiet eas de manu mea &c.

Hæc de gratia Dei Patris in Christo erga oues Chri-
 sti, non uident cœci dolologi, hostes gratiæ Dei in illo ^{Cœci Theolo-}
 loco Matth. xxv. sed quærunt illic, sicut & in alijs locis ^{gi} Antichristi
 scripturæ, tantum opera, ut possint insana consequentia
 sic blasphemare Dei gratiam. Hic commendantur ope-
 ra, ergo opera iustificant. Docent enim in hypocriti-
 mendacium ex doctrinis Dœmoniorum, sub bona spe-
 cie quasi ex scriptura sancta, i. Timot. iiiij. &c.

Porro quod Iusti qui ingrediuntur in uitam æter-
 nam, sunt benedicti Patris, quibus paratum est ab initio Ex operibus
 mundi, id est, quod sunt bonaæ arbores & filij Dei, hæres charitatis er-
 des æternæ uitæ, declarat eis Christus, & commendat gæ proximum
 eos ex fructibus, id est, charitate, Nam, inquit, esuriui, cognoscuntur
 & dedistis Mihi &c. Quicquid uni ex minimis meis fe- fideles, siue fi-
 cistis, Mihi fecistis, id est, propter me fecistis indigentib- lij Dei.
 bus. Ergo credentes in Christum filij Dei fuerunt. Nisi
 enim per fidem filij Dei fuissent, hanc charitatem non
 præstitissent, quæ charitas est solorum credentium in
 Christum filiorum Dei. Quod multa bona opera fece-
 runt, testatur ipse Christus etiam in extremo iudicio, us-
 bi ipsi suorum bonorum operum obliti sunt, ut audies,
 Esuriui, inquit, & dedistis Mihi &c.

Quæ est profecto maxima commendatio bonorum Commenda-
 operum & grauium nostrorum laborum, angustiarum tio bonorum
 Kkkkkk ij & tri- operum.

DE BLASPHEMIA

& tribulationis, propter Christum & Euangeliū, id est, charitatis filiorum Dei, qua bona fecerunt quisq; secundum uocationem suam, & mala propter Christum & Euangeliū passi sunt ex certa in Christum fide, quemadmodum i. Timo. i. dicitur, quod charitas ex fide est impletio legis, Finis, inquit, præcepti siue legis est charitas ex puro corde & conscientia bona & fide non ficta. Propter Christum fide suscepimus, quem Pater uit

Opera bona det in nobis (de quo dixit, Hic est filius meus dilectus, filiorum Dei in quo mihi bene complacuit, ipsum audite) sumus dilecti filii Dei, & usq; adeo placemus patri celesti in Christo, ut & nostra inchoata obedientia, licet nondum perfecta, ideoq; immunda, siue nostra inchoata dilectio Dei & proximi licet nondum perfecta ideoq; immunda, siue nostra bona opera (quæ omnia sunt idem) interna mentis coram Deo, & externa corporis coram hominibus, inchoata licet nondum perfecta quantum lex exit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, Et proximum tuum sicut te ipsum, ideoq; immunda, tamen placent Patri nostro cœlesti, & acceptentur pro perfecta obedientia & munda, pro perfecta dilectione & munda, pro perfectis operibus sincere mentis & civilis iusticie & mundis, quia persona faciens opera a Deo præcepta placet, quæ in Christo est filius Dei, Quemadmodum alicui patri placent opera filiorum, quæ ipse mandauit, & acceptissima sunt, etiam si imperfectissima sint & minima ad ea, quæ pater maxima mandauit.

Non imputatur quod in nobis imperfessionis delicit obedientiam imperfectam, modo tantum sit obedientia & non contemptus, qui non potest esse in ueris filijs;

SPIRITVS. CCCCLXXXIII.

filijs. Hoc est quod ante diximus ex Ephe. i. Ut essemus sancti & irreprehensibles coram illo in charitate ipsius Dei, Quia diligit nos in Christo, non imputat nobis nostra peccata, quemadmodum quem ego summe diligo, ei non imputo etiam si quid in me peccat, Id quod uulgo uere dicimus de eo quem princeps amat. Ille non potest peccare, etiam si multa peccat, quando Princeps eum amat, & nullum peccatum ei imputat, neq; sinit Princeps ut quisquam eum accusat. Vere hoc dicitur, id quod & Petrus dicit ex proverbiis Salomonis, Omnia delicta operit charitas, Charitas non uidet, non imputat delicta, amato, etiam si ibi sunt delicta.

Gratia, favore & dilectione Dei in Christo saluamur, non nostris operibus & meritis. Sumus enim benedicti Patris nostri, & accipimus Regnum, quod non nos parauimus nostris operibus & meritis, quod impossibile est nobis iuste damnatis, sed quod nobis paratum est a Deo ab initio mundi, atq; adeo ante conditum mundum ab æterno, hoc est, tantum per gratiam & dilectionem Dei in Christo sine nostro opere & merito.

Adde quod opera nostra siue charitas nostra & passiones nostræ sic placent Deo patri nostro, ut ipse promittat filijs mercedem, & reddat non meritam, sed promissam, id est, non pro dignitate nostrorum operum, uel nostrarum passionum, sed propter suam promissionem, hoc est, etiam si opera nostra adhuc imperfecta sint, quemadmodum in parabola dixit Christus, Euge serue bone & fidelis, quia super Paucia fuisti fidelis, super multa te constitua, intra in gaudium Domini tui.

Promissio autem est non solum præsentis uitæ, sed Promissio Iesu etiam future, id est, non solum corporalium bonorum, sed &c.

Kkkkkk iii etiam

DE BLASPHEMIA

etiam spiritualium, quod augetur nobis iusticia, sapientia & sanctificatio in Christo per Spiritum sanctum, quem admodum Christus dicit, Primum querite Regnum Dei & iusticiam eius, & haec omnia adiicientur uobis. Qui res liquerit aliquid propter Me, centuplum in hac uita recipiet etiam in persecutionibus & uitam aeternam possidebit. Paulus, Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens uitae praesentis & futurae, Et ex psalmo, dispergit deus Pauperibus, Iusticia eius manet in aeternum. Potens est Deus efficere, ut totum beneficium in uos exhiberet, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, exhiberentis in omne opus bonum. Qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suspeditabit, & multiplicabit seminem uestram, & augebit prouentus iusticiae uestrae, ut in omnibus locupletemini in omnem simplicitatem, quae per nos efficit ut gratiae agantur Deo.

Hic exclamant aduersarij ueritatis & hostes Euani. Obijciunt ope gelij, Nos non habemus iustificationem operum, solum rarij iniquitate ex Epistola Iacobi, de qua semper dubitatum est in Ecclisie, qualis sit & cuius Iacobi sit, sed etiam ex alijs scripturis. Tobia & San ris ex Tobia & Ecclesiastico qui est Iesus Syrach, qui commendant eleemosynam, Ergo eleemosyna & alia bona opera iustificant, Respondeo. Quid insanitis? qua mente quaue fronte audetis Sophistici iuri uos ridendos exhibere mundo, ut inferatis contra omnem mentem & rationem. Scriptura commendat bona opera, ergo bona opera iustificant? Egregiam scilicet & necessariam consequentiam? Sed inquiunt, Tobias aperte dicit, cap. iiiij. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, nec finit animas ire in tenebras, fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna facientibus eam, Et cap. xij. Eleemosyna purgat peccata,

SPIRITVS. CCCCLXXXIII.

peccata, & facit inuenire uitam æternam, uel potius, conseruat uitam, quia præcedit, liberat a morte, sed ego nihil moror quid uel quantum transferant ex græcis libris etiam corruptis, uel etiam addant uel mutent in Tobia & Syrach, quod sæpe factum est, maxime in Syrachiue Ecclæsiastico. Miror uero quare isti Architecti blasphemiarum tanto studio quærant in Tobia & Syrach, quod in sacris literis ubiq; est obuium, Nihil enim aliud dicunt Tobias & Syrach de eleemosyna & charitate exhibita proximo siue de bonis operibus, quam quod Christus dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam coti Promissiones sequentur, & ea omnia quæ ante diximus & adhuc dici Dei pro operibus de bonis operibus filiorum Dei, qui habent promissibus. sionem Dei patris de bonis & temporalibus & æternis, quemadmodum diximus ex Psalmo, dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in æternum. Sed hæc non intelligunt obscuri uiri. Quis potest remittere peccata? quis purgat peccata? quis liberat a morte? quis non permittit ire in tenebras, id est, hebraeo more, in calamitates? quis dat uitam æternam, nisi solus Deus per filium suum, per semen mulieris, per semen Abrahæ? quod crediderunt Tobias, Syrach, Abraham & omnes illi patres fidei nostri usq; ad Adam primum hominem, & nouerunt & crediderunt Deum promississe nostris benefactis, & passionibus mercedem & temporalem & æternam, & redere mercedem non meritam sed promissam. Non enim sunt condignæ passiones (multo minus actiones) huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis &c. Sicut autem isti Sophistæ sunt in Deum blasphemi, ita etiam sunt in Sanctos Dei blasphemi. Nam Sanctum Tobiam & Sanctum Syrach faciunt impios idololatras fatis obstinate, dicunt enim Tobiam & Syrach dixisse.

Kkkkkk iiiij Eleemos

Adorant opus
 manuum sua-
 rum.

DE BLASPHEMIA

Eleemosyna & opus nostrum est Deus noster, qui libe-
ret & purget nos ab omni peccato & ab omnibus malis
& donet nobis uitam aeternam, ut non opus sit nobis libe-
ratore Christo crucifixo, nec uerum sit Euangeliū, quod
prædicat solum Christum filium Dei pro nobis crucifix-
um, ad hoc datum esse nobis a patre, ut sit nostra sapien-
tia, iusticia, sanctificatio, redemptio, resurrectio & uita æ-
terna, quæ omnia negantur de Christo, cum tribuuntur
ab istis Sophistis nostro operi, qui blasphemant se hoc ha-
bere ex Scripturis, cum tamen (ut ait Petrus) omnes Pro-
phetæ, id est, scripturæ sanctæ, dent testimonium Christo,
remissionem peccatorum accipere per nomen eius quo-
quot credunt in eum, Non esse aliud nomen sub cœlo da-
tum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, non esse
in aliquo alio salutem &c.

Omnis loci in
scriptura ubi
dicitur de ope-
ribus.

Igitur in talibus dictis Sanctorum virorum, atq;
adeo totius Sacrae scripturae, ubi dicitur de operibus no-
stris & de retributione, non est fingenda opinio iusticiæ
coram Deo per opera, in iniuriam & blasphemiam Gra-
tiae Dei & sanguinis Iesu Christi & renovationis Spiritu-
sus sancti, ut finxit sibi ille pharisæus, Lucæ xvij, non cer-
te ex Tobia aut Syrach, sed uel ex ipsa lege Domini DEI
nostrí, qui non est iustificatus coram Deo, sed mansit sub
ira Dei in peccatis suis, publicanus autem sine operibus
legis iustificatus est, nisi non credas Christo, dicenti, dico
uobis, descendit publicanus in domum suam iustificatus
præ Phariseo, sed pīj qui sunt filii Dei in illis locis intuen-
tur Dei promissionem, qua Deus pater noster promisit
filii obedientibus mercedem & temporalem & aeternam
pro opere, & reddit mercedem non meritam dignitate
operum nostrorum, non enim sumus mercenarij, sed filii,
sed

SPIRITVS. CCCCLXXXV.

sed promissam largitate & dilectione patris nostri, ut iustificetur in sermonibus suis & uincat cum iudicatur.

Interim filij Dei cum obedientes faciunt quæ pater præcepit (ut filij mei domi meæ) non magnificiunt sua opera coram patre, quæ norunt imperfecta & adhuc immundæ, sed magnificiunt dilectionem & promissionem patris, qui pro Leuata festuca promisit filio centum aureos aut nouam tunicam, gaudentes quod hoc opere possunt gratificari patri præcipienti & promittenti. De manu dato patris solliciti sunt ut faciant, & sibi consciæ sunt quod facientes non satis faciunt, de promissione uero si nunt patrem esse sollicitum qui non potest esse mendax, ut præstet pro sua bona erga nos uoluntate, cum ipsi uisum fuerit. Nam fere fit, ut cum expectamus patris nostri promissum, incidamus in horrendas calamitates, ut probetur fides nostra. Tunc enim dicit caro & sanguis, Vbi nunc est Dei promissio? ut accidebat Tobiae, quod uidet Tobiae ij. Sic docet Christus, Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quæ debuimus facere fecimus, non debetis coram Deo dicere, ut ille Pharisæus, Non sum sicut coeteri, raptiores, iniusti, adulteri &c. Ut & ille senior filius, Lucæ xv. Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam præceptum tuum transgressus sum, & nunquam dedisti mihi hoedum, ut cum amicis meis lætarer, sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum, Et ut Theologi Louanienses, Parisienses, Colonienses, & omnes hodie iusticiarij, increduli, impij hypocritæ & excæcati, blasphemæ, mendaces & homis cidae, ut taceam de Sodomis eorum qui querunt diligenter in scripturis sanctis nō Christum, sed opera, ut possint

Boni filij sunt
solliciti de manu
dato patris ex
hortantis &
promitterentis.

DE'BLA SPHEMIA

Iusticiam Dei ignorantes suam statuere & ornare quæ sacris literis, contra iusticiam Dei quæ est per fidem in Christum Rom. iij. & dicere, hic commendantur bona opera, Ergo bona opera iustificant, & non Christus sola fide susceptus. Cur non permittunt suis ebris chorali bus, hanc sapientiam & laborem querendi? Hi enim æque atq; illi possunt dicere, hic poniter hoc uocabulum bonū opus, & inferre asinina consequentia, Ergo bona opera iustificant, Quibus dicimus uerbis Pauli, Si per legem est iusticia, igitur Christus frustra mortuus est, O stulti Galatæ quis uos fascinauit, ut non crederetis ueritati? quib; præ oculis Iesus Christus ante fuit depictus inter uos crucifixus, &c.

Itaq; hypocritæ in scripturis, ubi de operibus & fructu Tantum in sua scribus fidei dicitur, tantum uident sua opera & somniant opera respici ibi sua merita & iusticiam operum coram Deo probari, sunt hypocritæ, non intellegunt Dei præmissionem, id est, non credunt, quiæ tamen non sunt ibi nec esse possunt, quia hæc est idola latræ uera, confidere se esse iustum coram Deo suis operibus, Lucæ. xvij. Confidebant in semetipsis tanquam iusti (non erat ibi fides in misericordiam Dei, id est, Christum propiciatorem) & aspernabantur cæteros, id est, non habebant charitatem quæ est fructus et opus fidei, ut Paulus dicit, Fides operatur per charitatem, Ergo tales excusatæ hypocritæ hostes Euangeli & iusticie Dei in Christo, nihil uident in locis sacræ scripturæ ubi dicitur de elemosyna & alijs bonis operibus per decem præcepta a Deo mandatis, & quod ibi per impietatem uident sua merita et iusticiam coram Deo in operibus humanis, non est ueritas sed fallax somnium.

¶ Et sciamus que in Christo donata sunt nobis.

Nos credentes filij Dei, nostra merita & iusticiam

nobis

SPIRITVS. CCCCLXXXVI.

nobis sua morte iusticiam, id est, remissionem peccatorum
 & uitam æternam, Hæc habemus ex promissione Euangeliū,
 uidelicet Spiritum sanctum, per quem inuocamus
 & clamamus in cordibus nostris Abba pater, in omni ne-
 cessitate nostra corporis & animæ, & credimus nos filij
 Dei a patre Deo exaudiendos, quia habemus promissio-
 nem & iuramentum Christi filij Dei, Amen Amen dico
 uobis, quicquid petieritis patrem in nomine meo, fieri uos
 bis &c. Alia beneficia & corporalia & spiritualia, tem-
 poralia & æterna, habemus & accipimus ex alijs Dei pro-
 missionibus, propter obedientiam nostram, id est, fructus
 fidei, quæ sunt bona opera nobis a patre nostro in decem
 præceptis mandata, tamen ne hæc quidem accipimus, nisi
 per Christum, per quem (Ioh. 1.) omnia facta sunt, & sine
 ipso factum est nihil quod factum est, & licet propter ope-
 ra, tamen non merito operum sed merito promissionum
 Dei, ut pater noster uerax inueniatur.

Hæc ut intelligas, quamvis sint satis aperta, aduerte
 duplices esse Dei promissiones, ut & ante quandoq[ue] dixi,
 Aliæ sunt promissiones Euangeliū, quæ non requirunt
 nostrum opus, id est, non promittuntur nobis cum con-
 ditione, si legem seruaueris, si hoc uel illud feceris, si ab hoc
 uel illo abstineris, sed dantur nobis gratis propter solum
 Christum, quem fide suscipimus, Et hec promissiones sunt
 ipsissimum Euangelium, quod prædicat Christum, quem
 cum fide acceperimus, non enim aliter accipi potest ut fide
 at noster, habemus remissionem peccatorum, iusticiam
 Dei, Spiritum sanctum, sumus filii Dei, liberi a peccatis,
 morte & iudicio Dei, Deus est pater noster, inuocamus
 patrem in nomine filii, sollicitus est pater pro filiis, pergi-
 enus ex fide in fidem, id est, crescimus in cognitione Do-

Duplices Dei
promissiones.

DE BLASPHEMIA

mini nostri Iesu Christi, persistimus uirtute Dei in tentatione & cruce, possumus facere bona quæ Deus nobis præcepit in decem præceptis, id est, mortificare ueterem Adam, crucifigere carnem cum uitijis & concupiscentijs, & facere quæ DEO sunt placita, non uiribus carnis, non enim, ait Paulus, inuenio in me, hoc est, in carne mea bonum, sed uiribus Spiritus sancti, quem Christus sua morte emeruit nobis & dedit arrabonem & pignus certæ salutis nostræ. Sic enim ait Paulus, Spiritus concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus spiritum, ut non quæcumque uultis illa faciat. Si secundum carnem uiixeritis mortem morienni. Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Qui Spiritum Christi nō habet, hic non est eius. Breuiter, habemus uitam æternam, sumus enim Christo filio Dei per baptismum & fidem incorporati.

Aliæ sunt promissiones Legis, de quibus paulo ante dixi, quæ dantur eum conditione legis. Si hoc feceris, Si legem seruaueris &c. Talibus promissionibus scriptura ueteris Testamenti & noui, plena est, cum pro operibus mandatis siue pro obedientia Deus promittat mercedem, Atq[ue] adeo totus Moses, id est, ipsa lex, nihil aliud est quam promissiones & benedictiones Dei servientibus legem, & comminationes & maledictiones. Dei non seruantibus legem, quemadmodum Deus dicit in primo præcepto, Exod, xx. Ego Dominus Deus tuus, sum Deus zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios, usq[ue] in tertiam & quartam generationem eorum qui Me oderunt, & faciens misericordiam in multa miseria eorum qui Me diligunt, & mandata mea custodiunt.

Quid ergo opus erat anxiæ querere ex Tobia & Syrach, quod ubiq[ue] in uera sacra scriptura est obuium? Et quare:

SPIRITVS. CCCCLXXXVII.

Quare producunt talia scripta quasi contra nos, quæ nos filii Dei; cum uoluptate legimus & audimus, quia agnoscimus esse promissiones Dei patris nostri, & extendamus si quid nouerimus nos non ita fecisse. Adversarij autem iusticiæ Dei, quæ est in Christo, "non uident in talibus scripturis promissionem sive benedictionem Dei, cui non credunt, aut comminationem sive maleditionem Dei, quam contemnunt & nihil timent, sed tantum sua opera, quibus confidunt, quod per ea sint iusti, & mereantur uitam æternam, quæ est uera Idolastræ, & negatio Christi, contra omnes scripturas, contra Euangelium gloriæ Dei in Christo, contra primum præceptum, tantum abest ut habeant hoc ex scripturis Spiritus sancti.

Sicut itaq; Euangelij promissiones gratuitæ tantum sunt creditum filiorū Dei. Ita & promissiones legis Omnes pro non suscipiuntur nisi a creditibus filijs Dei, qui possunt missiones sunt sunt obediere Deo, facere elemosynam & alia opera bona filiorum Dei, na, non externa solum, sed etiam interna, coram Deo, ex et sunt in Christo Amen. corde puro, & conscientia bona & fide non ficta. Et obediunt patri mandanti, & faciunt quisq; secundū uocatio nē suam ex mandato patris, nec respicunt filij in mercédem, ut mercenarij, nec in gloriam hominum, ut hypocritæ, sed tantum in mandatum patris, ipsi ad gloriam, secundum illud uerbum Christi, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorifcent Patrem uestrum, qui in coelis est. Faciunt multa bona, nec tamen confidunt in ea, sicut de Pharisæis dicitur Lucæ xvij. Confidebant in semetipsis tanquam iusti, Confidunt autem in solam misericordiam Dei patris quæ est Christus, & patienter expectant Dei promissionem & retributionem promissam, etiamsi interim in

DE BLASPHEMIA

mala incident, ut Tobias. Id quod in Psalmo quarto Sp̄ritus sanctus sic admonet, Sacrificate sacrificia iusticiæ, Facite quicquid iustum noueritis ad gloriam Dei, & sperate in Dominum, non confidite in uestra sacrificia & opera, sed manete in fiducia misericordiæ Dei, & sperate omnia bona a Deo.

Hinc uides & intelligis uerbum Pauli ij. Corinth. i.
Quotquot sunt promissiones Dei, sunt per Christum
Etiam, & per Christum Amen, Deo ad gloriam per
nōs. Omnes Dei promissiones requirunt fidem siue re
conciliationis per solum Christum, quæ sunt Euangeliū,
siue cum conditione legis, Ergo soli credentes in Chris
tum filij Dei promissionibus Dei credunt, & assequun
tur quæ Deus promisit, ubi Christus est per fidem, ibi
promissiones Dei sunt Etiam & Amen, id est, præstan
tur, Alij non credunt promissionibus Dei, ideo non as
sequuntur promissa, quemadmodum Psalmo lxxvij. dicitur, Non crediderunt in Deum, nec sperauerunt in sa
lutem eius &c. sed ultra hæc omnia, peccauerunt adhuc,
nec crediderunt per mirabilia eius, Ideo moriebantur
nihil alsecuti, & per omnem uitam affligebantur. Cum
occideret eos quærebant eum, & diluculo reuerteban
tur ad Deum. Et recordabantur Deum esse fiduciam
suum, & Deum altissimum redemptorem suum. Et ore
suo adulabantur ei, & lingua sua mentiebantur ei. Sed
cor eorum non erat candidum erga eum, nec fideliter
persestiterunt in pacto eius. In sola ergo fide omnes pro
missiones & gratuitæ & legis sunt Etiam & Amen, fi
dem autem dico in semen mulieris, In Semen Abrahæ,
in Iesum Christum Dominum nostrum, qui pro nobis
patri uictima factus est &c.

Sed

SPIRITVS.

CCCCLXXXVIII.

Sed oportet primum præcedere in nobis promissio-
nes gratiæ; id est, ipsum Euangelium de Christo Semi-
ne mulieris, Semine Abrahæ, qui filius Dei factus est
filius virginis ex stirpe Dauid, ut certi simus de nostra
salute, & nos in Christo placere Deo, ut possimus certa
fide adorare, inuocare, petere patrem in nomine Iesu, &
crescere perpetuo in fide & cognitione Christi per Spi-
ritum sanctum, qui datus est nobis, quod in Psal. lxxxij;
dicitur, pergere de uictoria in uictoriā, ut palam uidea-
tur, quod Deus uerus est in Zion, Ephe. iiiij. ut ex do-
ctrina Apostolorum, Prophetarum, Euangelistarum,
Papistarum & doctorū, quos Christus glorificatus per
Spiritum sanctum suę Ecclesiæ dedit, & dicitur corpus
Christi, donec omnes accedamus in unitatem fidei & ac-
gnitionis filij Dei, ut si amus perfectus uir, secundum
mensuram perfecte adulteræ aetatis Christi, ut non ampli-
us simus pueri, qui fluctuemus & circumferamur quo-
uis uento doctrinæ per uerutiam hominum, per astu-
tiam qua nos adoriantur, ut imponant nobis, sed potius
ueraces in charitate, in illum Christum, qui est caput, cre-
scamus per omnia &c. Hæc est arbor bona.

Postea nos filij Dei suscipimus etiam fide promis-
siones legis, quibus pater noster promittit infinita bona,
si hæc uel illa bona certe minima & nullo modo ad retric-
tionem comparanda, fecerimus, quemadmodū Chris-
tus dicit, Centuplum recipietis in hac uita, & uitam æ-
ternam possidebitis. Et iterum, Euge serue bone & fide-
lis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constitu-
am, intra in gaudium Domini tui. Quæ promissiones Aliud pater
sunt filijs exhortationis, ut faciant bona opera, ut iam promissioni-
bonæ arbores faciant bonos fructus, quod malæ arbo-
res, id

LXXXXVII.

res, id

DE BLASPHEMIA

res, id est, infideles non possunt. Allicit enim Pater ^{fusa}
uissime & blandissime suos filios ad obedientiam insi-
gnibus promissis, quemadmodum quando ego dico &
promitto filio meo, Fili adduc mihi canitharum, & dabo
tibi nouam tunicam, Ibi statim exiliens filius, tanquam
forti exhortatione persuasus, & dilectione & liberalita-
te promittentis Patris delectatus, adducit mihi cantha-
rum, & expectat ut nouam tunicam accipiat cum patri
uisum fuerit. Non est adeo stultus puer meus, ut sentiat
se meruisse nouam tunicam, dignitate illius operis pene
nihili, ut audeat ingratus a patre exigere nouam tuni-
cam mercedem pro suo labore, bono opere & merito,
sed attendit ad dilectionem & liberalitatem patris pro-
mittentis, promissionem fide suscipit, credens & spe-
rans se accepturum nouam tunicam, quia certo statuit
patrem esse ueracem & fidelem in promissis, Quan-
do ergo postea filius in sua necessitate postulat a patre
nouam tunicam, Pater arridens dicit, Quid tibi debeo?
Non respondet filius, Adduxi tibi canitharum, & pro
illo opere nondum reddidisti mihi debitam mercedem,
sed sic respondet, uel in corde, Pater, debes mihi non pro
merito meo, sed primum ex dilectione tua, quia pater es
Misericordia
et ueritas uia
Domini. deinde ex ueritate tua, quia promisisti, quae duo in scri-
pturis saepe coniunguntur, uidelicet misericordia & uer-
itas, Misericordia Dei est gratuita beneficentia erga il-
los quibus promisit, quemadmodum Psalmus habet,
Laudate Dominum omnes Gentes (propter misericor-
diam siue gratiam) prædictare eum omnes populi (Iudæi
propter ueritatem promissionum) Quoniam eius mi-
sericordia (siue gratia) & ueritas potens est super nos in
æternum, Haleluia. Quæ ita exponit Paulus Ro.xv.

Alibi in Psalmis sic dicitur, Omnes uiae Domini
sunt

SPIRITVS.

CCCCLXXXIX.

Sunt misericordia & ueritas requirentibus testamentum eius & testimonia eius, id est, credentibus filijs Dei. Hoc uos Papistæ legitis, auditis, uidetis, & non intelligitis. Vestræ uiae, quibus queritis uestram iusticiam statuere & nunquam peruenitis ad iusticiam Dei, non sunt in sacris literis siue in uerbo Dei, frustra ergo non solum ibi, sed etiam in Syrach & Tobia uestras uias queritis, quia omnes uiae Domini sunt misericordia & ueritas, uestræ uiae sunt merita operum. Et sunt illæ uiae Domini non uobis uerbi Dei contemptoribus & hostibus Euangelij filij Dei, sed requirentibus testamentum & testimonia eius, id est, credentibus & obedientibus filijs Dei. Sicut enim dicit uobis Deus Esa. lv. Omnes sitientes uenite ad aquas &c. Quærите Dominum, dum inueniri potest, invocate eum dum prope est, Derelinquat impiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad Dominum, & ipse miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quia apud eum est remissio peccatorum multa. Nam meæ cogitationes non sunt uestræ cogitationes, & uiae meæ non sunt uestræ uiae, dicit Dominus. Sed quemadmodum cœlum terra altius est, ita altiores sunt uiae meæ uis uestris, & cogitationes meæ cogitationibus uestris &c.

Igitur Iesus Syrach & Tobias sancti uiri, concionantur non solum de promissionibus legis, sed etiam de promissionibus gratiæ, unde fiant homines filii Dei per gratiam & misericordiam Dei, quæ Christus est, ut etiam promissiones legis siue mandati Patris suscipere possint. Et concionantur non contentiosis Siphistis, sed clementibus Deum filiis Dei, aut illis quos cupiunt fieri clementes Deum & filios Dei, quemadmodum Daniel dat consilium & promissionem Dei impi Regi. Peccata cleve mosynis redime me.

M m m m m ta tua

DE BLASPHEMIA

ta tua per iusticiam redime, & iniquitates tuas misericor-
dijs pauperum, & ignoscet Deus peccatis tuis. Quod
consilium Dei si suscepisset Rex, certe credidisset con-
filio, uerbo & promissioni Dei, & non fuisse amplius
impius & incredulus, sed fidelis filius Dei, acceptus Deo
per fidem, & declarasset isto opere eleemosynarum, hoc
est, ista obedientia, se iam conuersum ad Deum, iustifi-
catum filium Dei, ut Christus dicit. In hoc cognoscent
omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habue-
retis ad iniucem, secundum illud Baptiste, Facite fru-
ctus dignos poenitentiae. Et Christi, Date & dabitur uo-
bis. Et Pauli, Qui furabatur iam non furetur, laboret au-
tem manibus, ut habeat unde trahat necessitatem pati-
enti. Sed impius Rex contēpserat consilium Dei, per quod
suscepsum, id est, creditum fuisse iustificatus & in gra-
tiam a Deo receptus, & pro opere eleemosynarū, quod
consuluit ei Deus, fuisse per clementiam Dei, redemptus a
suis peccatis & iniusticijs, id est, a iudicio Dei, quod
nunc ei imminebat propter peccata, de quo ibi loquitur
Daniel, Redemptus, inquam, fuisse pro illo opere, non
propter meritum & dignitatem illius operis, Nullum es-
tim opus nostrum possumus obsecere iudicio Dei, ad
tollendam sententiam Dei contra peccata, ad placandam
iram Dei, sed propter consilium Dei, quod dedit Pro-
pheta, quod includit in se hanc Dei promissionem. Con-
sulo ut facias eleemosynam, quam si feceris, Deus auer-
tet a te suam iram, & suum iudicium, quod tibi minatus
est, quia credidisti uerbo, consilio & promissioni Dei,
glorificasti Deum trahendo ei gloriam ueritatis, glori-
ficabit te uicissim auferendo a te iudicium suum, ne ab-
sociaris ab hominibus, obedisti consilio & mandato Dei,
retribuet tibi Deus mercedem non meritam, sed pro-
missam.

missam. Ut nunc non dicam de manifesta promissione remissionis peccatorum, quam Daniel addit. Et ignorat Deus peccatis tuis. Quam promissionem impii Sophistæ, qui etiam hoc loco Danielis contra iusticiam fidei abusivæ sunt, uidere hic non potuerunt.

Quia uero impius Rex non potuit credere Deo, humiliari coram Deo, & petere ueniam, ut susciperet consilium Dei (sicut & Lucas cap. viij. scribit. Pharisei & legi periti consilium DEI sperauerunt in sui damnationem, non baptizati a Iohanne) paulo post iudicio Dei abiectus ab hominibus bestia factus est, donec Deus ex terra misericordia, quæ Christus est (omnia enim facit pater per filium, Et sine filio nihil fit, quod fit, Ioh. i.) redderet ei mentem humanam, & daret ei Spiritum sanctum, per quem credidit in Deum, & confessus est gratias agens, prædicauit, inuocauit, scripsit ad omnia Regna sua liberatoris Dei bonitatem, illum solum Deum esse ab omnibus prædicandum, magnificandum, colendum, inuocandum, qui ipsum impium damnatum redemerat a peccatis & morte, absq; meritis atq; adeo male meritum, ut hæc omnia legis in Daniele, Dani. iiiij. Postea hac ratione filius Dei factus, primum suscepit & amplexus est consilium & promissionem Dei. Peccata tua redime per iusticiam, id est, posthac esto iustus, non male in tuis peccatis, & iniurias tuas, id est, iniurias alijs illatas redime misericordijs siue beneficentia erga indigentes, id est, posthac esto beneficus, qui hactenus fuisti raptor, homicida, uastator terrarum & Regnorum, hoc est, Poenitentiam age, & conuertere ad Dominum Deum tuum, ut sias bona arbor, que ferat fructum bonum, quod Psalmus sic dicit, Si uis uitam & dies uidere bonus, id est, effugere iudicium Dei, Prohibe linguam tu-

M m m m m ij am

DE BLASPHEMIA

am a malo, & labia tua ne loquuntur dolum. Declina a
malo, & fac bonum, inquire pacem, & sectare eam, id est,
iustificatus uiue in gratiarum actione, quemadmodum
Christus dicit peccatri, Lucae vii. Vade in pace. Id
quod & Daniel sic addit, Et ignoscet Deus peccatis tu
is.

Hoc est quod ante dixi, quod promissiones legis pro
opere nostro, non suscipiunt nisi filii Dei, qui soli credunt
talibus promissionib^z patris, & obedientes prestant talia
opera, & patienter etiam in cruce expectant, quæ pater
promisit, non respiciunt in sua opera &c. Nabuchodonosor
impius non potuit suscipere has promissiones:
Suscepit autem postquam factus est pius per fidem &
filius Dei, Nam filii Dei sunt quidem iustificati ab omni
peccato, & sunt haeredes omnium bonorum patris,
sed tamen in hac mortali uita multis indigent, malis præ
muntur, & adhuc est in carne ipsorum peccatum reli
quum, de quo orant perpetuo, Remitte nobis debita no
stra.

Ideo ut persistant in fide, dat filijs suis, ut Spiritum
gratiae, ita & Spiritum precum, ut in Zacharia dicitur,
ut petant patrem in nomine Iesu, qui liberat eos ab omni
malo, & abundare facit omni bono. Præterea ne sint
infructuosi, & deficiant afflicti, animat eos paternis pro
missionibus ad faciendum bona & patientium mala, di
cens, Obedite Patri, ut faciatis bona, & patiamini mala,
Ego mercedem reddam uobis, quemadmodum Christus
factus est Patri obediens usq^z ad mortem, mortem
autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum &c.
Id quod in Psal. sic prædictum est, De torrente in uia bi
bet, propterea exaltabit caput.

Hæc dixi de promissionibus legis ad omnes locos
sacrae

SPIRITVS. CCCCXCI.

sacræ Scripturæ, qui commandant nobis non solum opera, sed etiam passiones, quemadmodum Paulus i. Corin. xv. ex Ieremias exhortatur & promittit, fratres mei dilecti, sitis stabiles, immobiles, abundantes in opere Domini semper, cum sciatis quod labor uester non est inanis in Domino, id est, in fide Iesu Christi, & in promissione patris, quia retribuetur uobis abunde in resurrectione iustorum, ut Christus dicit, Iustorum, inquit, id est, iustificatorum & credentium filiorum Dei, Hi enim soli credunt Dei promissioni, etiam legali, & accipiunt pro labore, id est, opere & patientia mercedem non meritam, sed promissam, id est, quam agnoscunt se non meruisse, sed Deum ex liberalitate suæ gratiæ promisso filijs pro opere & labore secundū nos nihili, apud Deum autem preioso propter Christum. Non enim sunt condignæ paucis annis huius temporis, multo minus actiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis &c.

Respondent itaq; omnes filij Dei, a primo Adam usq; ad nos, qui se agnoscunt redemptos a peccatis, & sanctificatos ad uitam æternam per Semen mulieris promissum, Dominum nostrum Iesum Christum, istis contentiosis Sophistis, qui contendunt pro operibus suis, quod per ea satisfaciunt pro peccatis suis & merentur uitam æternam. Respondent, inquam, sic, Falsum est quod dicitis, Nam Lex sine Christo fieri non potest, Id est, lex non fit, non impletur, nisi a Christianis filijs DEI qui credunt in Christum, Christus enim ipse dicit, Sine me nihil potestis facere, & Nemo uenit ad patrem (ut fiat filius Dei) Nisi per me. Altoqui quicquid non est ex fide peccatum est Ro, xiiiij. Videntis impij iusticiarij, qui persequimini Euani

M m m m m iii gelium

DE BLASPHEMIA

gelium Christi, quod bona opera (de quibus multum blasphematis contra Euangelium gloriae Dei) facere non potestis, quae placeant Deo, quando non habetis Deum patrem. Cum uero filii Dei faciunt legem, id est, opera a Deo patre mandata, non faciunt sibi inde merita, nec confidunt in semetipsis tanquam iusti, ut pharisei, Luce xviij, nec confidunt, per talia indulgentias, ut uocant, & uitam æternam, sed manent in fiducia misericordiae Dei, & crescunt perpetuo in cognitione Domini nostri Iesu Christi quemadmodum dictum est ex Psalmo. Sacrificate sacrificia iusticiae & sperate in Dominum.

Hic rursum uidetis uos iusticiarum, uestram in operibus uestris idolatriam, Non suscipitis opera, cultus, regulas, obseruantias, religiones nisi ad satis faciendum pro peccatis, ad placandum Deum, ad acquirendum merita uitæ æternæ, ut excellatis pre alijs qui talia merita, id est, fiduciam alienam tales Deos alienos non habent, Operibus uestris confiditis non Christo solo, quemadmodum illi qui coram extremo iudicio dicturi sunt Christo, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus & signa magna fecimus, & dæmonia eiecumus &c, quorum opera longe maiora sunt monachalibus nugis, etiamen non cultus DEI sed idolatria fuerunt in hypocritis coram Deo, Nam Christus uocat eos operarios iniuitatis, id est, idolatras, ut ante quandoq; dixi.

Quæ dixi de promissionibus legis & commendatione operum filiorum Dei & non aliorum, ex scripturis, nunc audi uel ex ipso Christo, de quo pater clamat, hunc audite, ut obstruamus os operariis iniuitatis per sapientiam Dei Christum, Sic ait Christus, Lucæ vi. Estote misericordes, sicut pater uester coelestis misericors est, Quibus

Estote misericordes. Chari
tates,

SPIRITVS.

CCCCXII.

bus loquitur : quibus præcipit, nisi illis qui sunt discipuli Christi, audientes & credentes Euangelio, qui patrem habent in celis ? Sicut, inquit, pater uester cælestis misericors est, hoc est, filius Dei loquitur & præcipit, Quid præcipit ? Estote misericordes, quo nomine totam secundam tabulam legis compræhendit, ut alibi hoc præcepto Diliges proximum tuum sicut te ipsum, Præcipit ne simus in fructuosi postquam sumus per fidem in Christum filij Dei facti, Bona arbor profert fructum bonum, id est, charitatem, siue, ut hic Christus dicit, misericordiam, id est, beneficentiam erga alios, Estote misericordes, id est, benefici in alios, Quæ autem arbor profert fructus malos, bona non est, Non est filius Dei, non uere credit in Christum, non est Christianus, qui male uiuit, nocet fratribus, scandalo est uel prava doctrina uel malis moribus Ecclesiae Christi, quia non agit poenitentiam ut conuertatur ad Christum fidelis corde, Etiam si glorietur se esse aliquid et magna maximaq; faciat, tamen coram Deo nihil est, Tam certum signum est externa caritas erga proximum interne fidei & renouationis Spiritus sancti, quemadmodum Christus dicit, In hoc cognoscet omnes &c, quæ ante dixi de charitate ex Epistola ad Corin.

Moses præcipit eandem charitatem & misericordiam omnibus hominibus, Et omnes experiuntur hanc legem naturæ scriptam in cordibus suis, Quod tibi non uisi fieri alijs ne feceris, Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, haec & uos facite ipsis, Hinc ortæ & scriptæ sunt optimæ leges ciuiles, Et iureconsulti dicunt, Si qua lex inuenitur contra legem naturæ, esto nulla, quod sapientissime & diuinitus dictum est, Sed nullus homo præstat charitatem siue misericordiam, Quia omnes sunt peccatores

M m m m m m iiiij damnati,

DE BLASPHEMIA

damnati, & uacant gloria Dei malæ arbores, Ergo hunc bonum fructum charitatem siue misericordiam, siue beneficentiam facere non possunt. Christus autem præcipit filiis Dei ex aqua & Spiritu sancto regeneratis, nouis hominibus, charitatem dicens, Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est, Hisoli possunt facere & faciunt hunc fructum fidei charitatem, ex quo fructu bono cognoscitur arbor bona, id est, fides siue filius Dei, In alijs, si quid charitatis uidentur facere, est tantum hypocrisis charitatis & ficta charitas, De qua Paulus dicit, In charitate non ficta. Ideo Christus mandatum charitatis dicit nouum mandatum, Mandatum, inquit, nouum dono uobis discipulis meis, Quia dat illud nouis hominibus, qui præstant charitatem ex fide, ut Paulus dicit, Charitas ex corde puro & conscientia bona & fide non ficta, quod non potest uetus homo, qui est, sine Spiritu & fide, nihil aliud, quam caro & carnalis, Est ergo nouum præceptum in nouis hominibus, qui nouo & inconsueto hominum modo faciunt quod uetus homo non potest, Et Christus in exhortatione ornat illud nouum præceptum nouo & summo exemplo, Sicut inquit, Ego dilexi uos, Et hic, Si cut pater uester cœlestis misericors est.

Et exponit Christus, apertissime, quid sit esse misericordes id est, præstare misericordiam siue charitatem siue beneficentiam erga alios, compræhendens paucis uocabulis omnia bona opera, quæ præstanda sunt proximo, Nolite, inquit, iudicare, Nolite condemnare, Ignoscite, Date, Hęc est charitas et misericordia, Hęc sunt bona opera proximo exhibita, quæ præcipiuntur in secunda tabula legis, Nam in prima tabula legis præcipiuntur sublimiora & spiritualiora opera erga Deum, de quibus apud Papistas

S P I R I T V S .

CCCCXCIII.

Papistas altissimum est silentium, Ignorant enim fidem,
quam oderunt & persequuntur &c.

Et ornat Christus filijs Dei illa opera egregijs promissionibus certæ salutis & retributionis, quibus provocat filios ad obediendum, dicens, Et non condemnabitimi, Et non iudicabitimi, Et ignoscetur uel remittetur uobis, Et dabitur uobis, Mensuram bonam & confortam & coagitatam & supereffluentem dabunt in snum uestrum. Hæ sunt promissiones legis, uidelicet pro opere merces, non merita, sed promissa, id est, quam accipiunt qui talia fecerunt, non pro dignitate operum, sed propter Dei promissionem. Et quamvis hæ sint promissiones legis, non tamen qui sub lege sunt eas accipiunt, quia non credunt promissioni Dei, & male arboreos illos bonos fructus misericordiae praestare non possunt. Accipiunt autem soli illi, qui per Christum a lege sunt liberati, ne lex amplius eos damnare possit, qui sunt iam liberi a peccatis & morte, filij Dei, Nam hi soli credunt non solum Euangeliō & promissioni gratiæ, siue reconciliationis per solum Christum, sed etiam his promissionibus legis, & hi soli prastant tales fructus fidei, uidelicet misericordiam siue charitatem erga alios, Hoc est quod Paulus dicit, In Christo omnes promissiones Dei sunt Etiam & Amen, ut ante diximus. Extra Christum nulla promissio accipitur, & Lex sine Christo fieri non potest.

Sed hic merito queris, unde Deus reddat filijs obedientibus mercedem, Nam si filii sunt, sunt & haeredes omnium bonorum patris, quid ergo habet pater, quod det filiis obedientibus, & reddat eis centuplum in hac vita, & postea uitam æternam? tamen omnia quæ Pater

Vnde dat De
us suis filiis
quod promis-
tit pro operc-

N n n n n habet

DE BLASPHEMIA.

Habet sunt filiorum, propterea quod nati sunt filii, antea quam eo perueniant ut operentur, quid ergo dabit filii, operantibus & obedientibus, quod non iam ante sit filiorum? Respondeo. Verum est quod dicas, Quicquid accipiunt filii ex bonis patri, ut donum, siue promissum, siue non promissum, hoc iam ante fuit ipsorum. Quia ipsi sunt haeredes omnium honorum. Nihil habet pater quod non sit filiorum, de quo filii non possint dicere, hoc est nostrum.

Sed nondum habent illa bona in sua potestate, Expectant uero, ut ex dilectione & liberalitate patris petant & accipiant alius plus, alius minus, pro ut pater notuit filii esse commodum & necessarium, ut fiat alius doctor, alius tutor &c. donec accipiant totam haereditatem, quisque suam portionem, Vnde portio siue pars in scripturis accipitur quandoque pro haereditate, ut in Psalmis, Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam, Portio mea Domine in terra uiuentium, Threnorum iij. Pars mea Dominus, dicit anima mea, ideo sperabo in eum. Psalmus xvi. Dominus est pars siue portio haereditatis meae &c. Interim pater potest promittere aliij filio nouam tunicam, aliij calceos, aliij centum aureos, aliij quinq[ue]aginta, dum filii non sunt sui iuris, sed sub patria potestate. Potest etiam inobedientem filium & contumacem abijcere, abdicare &c, ut vocant, exhaereditare, ut non sit filius, quemadmodum legis etiam in iure diuinio Deut. xxi.

Sic etiam habet res filiorum Dei per omnia apud patrem coelestem, Baptizamus in Christum & in mortem eius, regenerati filii Dei ex aqua & Spiritu sancto, Si filii sumus, sumus & haeredes omnium honorum patris, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus.

SPIRITVS.

CCCCXIII.

nibus tradidit illum, quomodo cum illo nobis omnia donet? Deus est noster in Christo, quia pater noster est; & non habemus Deos alienos, secundum primum præceptum, Ergo accepto Spiritu sancto omnia quæ Deisunt, nostra sunt, uidelicet, Iusticia Dei, remissio peccatorum, pax Dei, salus & uita æterna, quia nostrum est uerbum Dei, nostrum est Euangeliu[m] Christi, nostra est tota sacra scriptura, & in uerbo Dei Deus est noster, in Euangeliu[m] Christus est noster, in fide Spiritus sanctus est noster, habemus primum præceptum, Deinde & oves, boues, pecora campi, uolucres coeli, pisces mari, & omnia quæ ad usum huius uitæ attinent, quem admodum Paulus citat ex Psalmo i. Corinth. x. Domini est terra & plenitudo eius, Ergo edite uos Christiani quicquid apponitur uobis, quia omnia sunt uestra, postquam uos filii Dei estis, cuius est tota terra & quicquid in ea est, non tamen rapite ad uos omnia, sed expectate donec apponantur uobis ad utendum, donec ea det uobis pater uester pro portione uestra, quemadmodum oramus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Præterea potentes in Christo, habemus peccatum, mortem, Diabolum cum toto inferno & mundo sub pedibus nostris, Mordet quidem Diabolus calcaneum nostrum ut cadamus, & ueneno serpentis pereamus, sed frustra, habemus enim in Christo semper remissionem peccatorum, Et Christus conterit caput Serpentis sub pedibus nostris &c.

Hæc omnia habemus in Christo a Patre, ut filii haeres omnium, Ettamen hic in terris pressi omnibus mazis (ut filius Dei Christus & omnes Prophetæ & sancti filii Dei a condito mundo) indigenus omnibus bonis & spiritualibus & temporalibus, Et postquam accepto

Nnnnnn ij Spiritus

DE BLASPHEMIA

Spiritu sancto facti sumus filii Dei per remissionem omnium peccatorum, tamen inuenimus adhuc in nobis peccatum reliquum. Non inuenio in me, ait Paulus, hoc est, in carne mea bonum. Ex gratia Dei propter Christum per imputationem sumus omnes iusti, ut dicit Elias cap. Ix. Ex nobis sumus adhuc peccatores, i. Cor. v. Vos estis azymi, id est, absq; omni fermento malicie & nequitiae, tamen expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio.

Qui ergo accipimus bona quibus indigemus, & liberationē a malis quibus premimur? Adoramus, inuocamus, petimus patrem nostrum in nomine Iesu. Sumus enim filii Dei, ueri adoratores, qui adoramus Patrem in Spiritu & ueritate, & accipimus ex bonis patris nostri alias plus, alias minus, omnes autem abunde satis & uitam æternam.

Interim uero etiam, ne simus infructuosí, Pater noster excitat nos filios sibi dilectos ad obedientiam, ut faciamus eleemosynam, simus misericordes & bona opera faciamus, quæ pater nobis præcepit, excitat, inquam, nos dulcib⁹ & paternis promissionibus in scripturis sanctis, quod uult pro opere nostro nobis reddere mercedem, uult reddere nobis non solum pro factis nostris, sed etiam pro cruce & afflictione nostra, id est, labore & angustia nostra centuplum in hac uita, remissionem peccatorum, consolationem, incrementum spiritus, fidei, cognitionis Christi, illuminationis, liberacionis, sapientiae, fortitudinis, dona spiritualia & corporalia, & post hanc uitam, uitam æternam.

Ex quibus donis uult dare & promittit se daturum?
Ex suis, quæ omnia iam ante sunt nostra, quia filii sumus
& ha-

SPIRITVS.

CCCCXCV.

& hæredes. In Baptismo regenerati sumus ex aqua & Spiritu sancto, & filij Dei facti in Christo. Ergo nostra est iusticia Dei, remissio peccatorum, omnia bona patris & spiritualia & corporalia & uita æterna. Cum ergo nos obédientes filij facimus opus, quod Pater noster mandauit nobis, & promisit pro eo retributionem censuplam, siue mensuram bonam, & coagitatam, & superfluentem, & uitam æternam, quæ in infinitum excedit nostrum opus, quod interim est imperfectum etiam, atq; ideo, quod ex nobis est, immundum, placet uero Deo propter Christum, qui est in nobis, quia per Christum filij Dei sumus, personæ placentes Deo, operarij ueritatis, non sumus operarij iniquitatis, id est, idolatræ nostris operibus, ut Pharisei Luæ xvij. ut nostri Papistæ &c. Cum, inquam, obédientes facimus opus nobis mandatum, non respicimus in nostrum opus & mercedem, ut mercenarij, ut damnati hypocritæ & iusticiarij, qui nullum bonum opus facere possunt, sed ut filij Dei respicimus in bonam uoluntatem patris, ut obediamus eius uoluntati & præcepto, ad honorem eius, & promissioni patris credimus, & patienter expectamus quæ promisit, non confidimus in nostra opera, quasi per talia iusti & bene meriti, sed confidimus in solam patris misericordiam, per Iesum Christum. Sicut enim pater dicit in propagationibus legis, Facio misericordiam in multa milia his qui diligunt me, & seruant præcepta mea. Quemadmodum Christus docet nos de operibus nostris. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis &c. Et Dauid, Sacrificate sacrificia iusticie, & sperate in Dominum. Item Christus, Nolite gaudere in hoc quod Dæmonia subiiciuntur uobis, sed gaudete quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Alioqui ijs qui confisi sunt in ma-

N n n n n iii xima

DE BLASPHEMIA

Xima illa opera. In nomine tuo prophetauimus &c. Dicit, Discedite a me omnes operarij iniquitatis.

Filiorum ergo sunt illæ promissiones legis, uidelicet pro opere, qui soli credunt omni promissioni Dei, & soli faciunt opera quæ pater præcepit, ad ipsius patris gloriam, & soli recipiunt mercedem promissam cum patri uisum fuerit, quia agnoscunt non esse meritam, & de suis bonis accipiunt ex manibus patris, quia filii sunt & haeres des omnium bonorum patris. Hoc notissimum euadit uel ex hac una exhortatione & promissione Christi, Remittite & remitteretur uobis. Remittunt etiam Turcae suis fratribus in se peccantibus, & tamen non remittitur eis. Illud opus faciunt, & tamen non consequuntur remissionem. Quia Turcarum non est remissio peccatorum, Consequuntur autem filii Dei remissionem peccatorum pro opere remissionis, quorum iam ante est remissio peccatorum, quibus dicitur, Estote misericordes sicut & pater uester coelestis misericors est, & misericordiam confesquemini.

Sic & Tobias dixit filio suo, Eleemosyna ab omni peccato liberat. Quis liberat ab omni peccato, o stulti Theologi, nisi solus Deus? Quis liberat a lege & ab ira Dei nisi solus Christus? Et tamen Tobias dicit, Eleemosyna ab omni peccato liberat, & non sinit animas ire in tenebras, Hic inferunt immundi porci AntiChristi. Ergo Christus non est iustificator & saluator noster, sed nostra eleemosyna, opus nostrum liberat nos ab omni peccato & ab omnibus tenebris, id est, malis, oblitio illius quod uel impij Pharisæi in Euangeliō dicunt, Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Ergo in Tobia nihil aliud est sa his uerbis quam hec promissio Christi, Date & dabitur uobis.

SPIRITVS. CCCXCVI.

uobis. Remittite & remittetur uobis. Eleemosyna, id est, beneficentia erga proximum, ut Christus dicit. Estote misericordes, liberat filios Dei, ab omni peccato, & non sinit ire in tenebras, uidelicet per Dei misericordiam, qui promisit in primo præcepto, facio misericordiam in multa milia, ijs qui diligunt me & seruant mandata mea, id quod & infra clarius de Tobia dicam. Non sunt calumnianda uerba Sanctorum doctorum, ut fuit Tobias & Syrach, sed ex Sacris literis & uerbo Dei interpretanda, quemadmodum Sanctus Augustinus de suis & aliorum doctorum scriptis & de Conciliorum statutis, saepe aperata protestatione & multis uerbis dicit, quorum quedam etiam in decreta Papæ relata sunt. Si quid, inquit, depræhensum fuerit, quod sit contra sacram scripturam, (quæ sola in Ecclesia Christi debet autoritatem habere) esto nihil, &c. In Euangeliō dicit Abraham, habent Mosen & Prophetas illos audiant, Moses autem & prophetæ testifificantur de Christo, quod ipse est Semen mulieris contensis caput Serpentis, Huic, ait Petrus, omnes Prophetæ testimonium perpibent &c.

Immundi autem porci papistici doctores scripturas sanctas contaminant, & raplunt contra Dominum & Louanienses
contra Christum eius, ne per solum Christum habeamus Theologi nea
remissionem peccatorum, ne solus Christus pro nobis gant gratiam.
crucifixus filius Dei sit iusticia nostra in conscientijs nos Dei in Chri-
stris coram Deo, sed eleemosyna nostra & alia opera no- sto & totam
stra, sint Deus noster, iusticia nostra, redemptor & salutis sacra- pturam.
tor noster, quæ liberent nos ab omni peccato & preser-
uent nos ab omnibus tenebris, id est, malis, quemadmo-
dum Theologi Louanienses, cum suo decano, impuden-
tissime, apertis uerbis & Satanica blasphemia, audent ne-

Nannn iiiij gare

DE BLASPHEMIA

gare Dei Gratiam & sanguinem Iesu Christi, totam Sacram scripturam quæ respicit in Christum, & Euangelium gloriæ Dei, ueramq; & unicam hominum salutem, cum dicunt in suis illis articulis, Fides, qua quis firmiter credit & certo statuit propter Christum sibi remissa esse peccata, seq; possessorum uitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, immo eisdem aduersatur. Post hanc blasphemam negationem addunt statim quasi mitigationem horrendæ blasphemiae, quæ tamen reuera est expositio & declaratio prioris blasphemiae & mendacij. Etiam si, inquiunt, firma & certa spe expectare debemus in hac quidem uita, per Sacramentum baptismi & poenitentiae, peccatorum remissionem, in sæculo autem futuro uitam æternam.

Si uis scire quid papatus doceat, quid AntiChrist⁹ contra Christum urgeat, propter quod conatur opprime re sponsam Christi, extinguere Ecclesiam sanctam catholicam, occidere Christi confessores, suis mendacijs turbare pios homines & auertere ab Euangelij ueritate. Si, inquam, uis scire, habes hic omnia, negare ultra non possūt. Hæc Cæsar obsignauit, Hæc papa imuulgat Romæ, in Italia, Colonizæ, ubiq; propter hæc effunditur sanguis innoxius.

Gratias agimus uobis Papistis, hostibus Dei, inimicis crucis Christi, tam Saduceis nostris quam Phariseis nostris, qui libenter crucifigunt filium Dei, quod nos liberasti magna molestia legendi & euoluendi doctores Scholasticos & alios, papæ decreta & decretales Sextum, Clementinas, Extrauagantes, Mendicantes, Quæstiones & determinationes Magistrorum nostrorum in Magistrum Sententiarum, etc, ad cognoscendum de uestra doctrina, quæ uarie & dissimiliter & confusissime tradita est, ita ut

Nō habent ex
causationem.

SPIRITVS. CCCCXCVII.

Ita ut etiam doceatis Christianum debere dubitare num
sit in statu salutis, quia nihil certi potuistis habere ex ue-
stris doctoribus, ut Psal. v. dicitur, postquam neglexistis
scripturam sacram, quam non intelligitis, quemadmodum
hic aperte fatemini, non esse in scripturis testificatum, im-
mo scripturis aduersari, firmam fidem in Christum tolle-
re peccata & dare uitam æternam, id quod uobis Petrus
& Spiritus sanctus negat, Christo, inquit, omnes prophe-
tæ, id est, omnes sacræ scripturæ, testimonium perhibent
&c. Et Iohannes. Hęc autem scripta sunt, ut credatis quod
Iesus est filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nos-
mine eius. Et Christus a resurrectione sua, ut uides Lucæ
ult, aperiens sensum discipulis ut intelligent scripturas
(quæ gratia utinam etiam contingere istis cæcis Sophi-
stis) dicit, Moses & Prophetæ & Psalmi testificantur de
Me, quod oportuit Christum pati & resurgere tertia die
a mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam &
remissionem peccatorum in omnes Gentes, incipiendo a
Hierosolymis. Non auditis uestram blasphemiam dam-
nari a Spiritu Sancto usq; ad infima tartara, & commen-
darí nobis Christum crucifixum in omnibus scripturis, q
ipse solus est Iustitia nostra, remissio peccatorum & uita
æterna, Col. ii. In Christo estis completi, id est, in Christo
habetis Deum & omnia, extra Christum, nullam salutem
inuenietis.

Satis admonet uos Magistralis Nostrales Spiritus
Sanctus, Relipiscite si potestis, mendaces & homicidae si
in ignorantia talia facitis, aut respondete Spiritui Sancto,
ut defendatis uestram propositionem, propter quam oc-
ciditis innocentes homines, ut impugnetis ueritatem ag-
nitam, ut blasphemetis Spiritum sanctum, ut compleatis fidei seram.
peccata uestra semper, Excæauit enim uos malicia ue-

stra, &

DE BLASPHEMIA

Ira, & ira Dei peruenit in uos in finem i. Tess. ii. Tradic-
etis in reprobam mentem &c. Rom. i. Qui potestis relia-
piscere, redite praeuaricatores ad cor, & postulate a Deo
ueniam, & ipse pater suscipiet uos. Qui autem non potes-
tis resipiscere pergit, ut declareritis Dei iudicium adver-
sum uos esse iustum.

Sed videamus ipsorum additionem. Etiam si, inquisi-
unt, firma & certa spe expectare debemus &c. non fir-
ma & certa in Christum fide, ut Paulus dicit Ro. iij. &c.
quia hoc antea negauerunt in scripturis haberi, ut uides
as Christiane lector eos non intelligere, & ut Paulus dis-
cit i. Thes. i. ignorare de quibus alseuerant, quomodo
enim, firma & certa spe, si non firma & certa in Christū
fide? Iste sunt doctores, qui docent dubitare. Non pos-
sunt aliud, quia oderunt Euangelium Christi. Quos au-
tem doctores Ecclesiae Christus misit in mundum, illi
non docent dubitare, sed credere & hominem certum
esse de sua salute in Christo. Ite, inquit, in mundum
uniuersum, & praedicate Euangelium omni creaturae.
Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui ue-
ro non crediderit, condemnabitur. Quid expectare des-
hemus? Remissionem, inquiunt, peccatorum in hac uia,
in sæculo autem futuro uitam eternam. Per quid? Per
Sacramentum, inquiunt, baptismi & poenitentiae, sed
nullo modo per Christum, siue per fidem in Christum,
vel propter Christum. Sic enim insani homines inepti-
unt, & dubitatores isti non intelligunt, quæ dicunt.

Vbi negauerunt Christum esse iusticiam nostram et
vitam eternam, & negauerunt totam sacram scripturam,
quæ testificatur solum Christum esse iusticiam nostram

coram

SPIRITVS. CCCCXCVIII.

coram Deo, & nobis in peccatis mortuis, esse resurre^ctionem & uitam æternam, quid postea commune est istis blasphemis dolologis cum baptismo Christi, quem uocant Sacramentum baptismi, & cum penitentia Chri^tiana, quam uocant Sacramentum pœnitentiae? Non, inquiunt, firma & certa fide in Christum & per Christum & propter Christum, accepimus remissionem peccatorum & uitam æternam. Iste doctrinæ Dœmoniorum respondent conscientiae omnium Sanctorum, gaudentes in Christo, & gratias agentes, Hanc doctrinam esse blasphemiam & uenenum antiqui Serpentis, qui ita decepit Euam, Nequaquam moriemini &c. Sed, inquit, firma & certa spe in hac uita remissionem peccatorum expectare debemus per Sacramentum baptismi & pœnitentiae, in sæculo autem futuro uitam æternam, sed non propter Christum.

Itaq^{ue} nos Papistici Sophistæ, Doctores Ecclesiæ Pal^{at}is, nullo modo accepimus remissionem peccatorum in hac uita, firma & certa fide propter Christum, neque credimus firma & certa fide propter Christum nos possessuros uitam æternam, quia nos cœci & infideles non uideamus, quod in omnibus scripturis est, uidelicet, quod solum Christus est iustitia nostra, id est, per solum Christum & propter solum Christum filium Dei pro nobis mortuum habemus remissionem peccatorum, gratiam Dei patris & uitam æternam, Ergo, quia cœci non uideamus, negamus ibi esse testimonium de remissione peccatorum & uita eterna propter Christum. Præterea quia fascinati sumus erroribus & infania Satanæ, uidemur nobis uidere in scripturis, quod in scripturis sacris non est nec esse potest, uidelicet scripturas sacras aduersari. Huic fidei qua quis firmiter credit & certe statuit, pro-

Oooooo ij pter

DE BLASPHEMIA

pter Christum sibi remissa esse peccata, seq̄ possessorum uitam æternam. Ergo, quia nobis fascinatis ita uidetur, concludimus & certo definimus Sacras scripturas, firmæ & certe in Christum fidei, qua quis credit propter Christum se esse coram Deo iustum & saluum, aduersari. Recte igitur facimus, quod docemus, Christianum oportere dubitare, num sit in gratia, uel num sit in statu salutis, num quæ facit bona placeant Deo, sicut nos dubitamus, quia nondum accepimus remissionem peccatorum, sed expectamus ut accipiamus, nescimus quando, quia dubitare debemus, & nullo modo uel nequaquam firmiter credere & certo statuere, propter Christum nobis remitti peccata, & nos possessuros propter Christum uitam æternam, nisi uelimus contra scripturas sentire & agere, quia qui dubitat, continet se in humilitate, & Deus exaltat illos quise humiliant. Qui uero firmiter credit & certo statuit, propter Christum sibi remissa esse peccata, seq̄ propter Christum certo possessurum uitam æternam, ille est superbus & arrogans, & nimium presumptuosus. Hunc Deus ipse deturbabit ad infima tartara, quia qui se exaltat humiliabitur.

*Spiritus mani
feste dicit etc.
2 Timo. 4.*

Audis, Christiane lector, hosce homines esse defeste dicit etc. quibus Spiritus sanctus certo praedixit, *i. Timo. iiiij*, quod deficient a fide baptizati enim sunt & Christiani, quemadmodum de AntiChristo praedicitur, *ij. Tessa. ij.* quod sessurus est in templo DEI, in Ecclesia sancta regnaturus cum suis Antichristianis doctrinis contra Euangelium Christi &c. Cattendentes spiritibus erroris & doctrinis Daemoniorum (mandatis & doctrinis hominum, Matth. xv, relicto uerbo Dei & Euangelio Christi) in hypocrisi loquentium mendacium (sub specie sanctitatis, &

*Doceant dubi-
tare.*

etis, & subfuso sacræ scripturæ & uerbi Dei docentium blasphemias & ido latrias contra Christū iusticiam & salutem nostram, qui emadmodum docuit Serpens in Paradiso) & canterizatam habentiū conscientiam (Hæc est merces insanæ doctrinæ eorum qui defecerunt a fide, qui noluerunt uerbo Dei & Euangelio esse alligati in salutem, iam erroneous conscientijs & turpi canterio nostatis alligantur doctrinis & mandatis hominum, doctrinis & religionibus Antichristianis contra Christum, & nunquam peruenient ad frugem bonaे conscientiæ coram Deo, sed perpetuo dubitant de uoluntate Dei erga se, semper discentes, & nunquam ad ueritatis noticiam peruenientes. Ideo & dubitandum esse Christiano, docent, uerum ex hoc ac doctrina non sit Christianus, sed Antichristianus. Nos autem Christiani ex Euangelio Christi, in quem credimus, non habemus canterizatam conscientiam, sed (Ro. v.) iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in qua statim & gloriamur sub spe glorioshibentium nubere & iubentium abstinentia creauit Deus ad percipiendum cum fidelibus & iis qui nouerunt ueritatem creauit Deus bonum sit, & nihil res gratiarum actione sumatur. Sanctificationem Dei & precationem. Duas inognoscibiles notas inurit Spiritus sanctus seductoribus & seductis (nam non nequitia condemnat, sed etiam discitentes, inquit, spiritibus seductoribus nubere, iubent abstinere a cibis, itrectaueris, ne gustaueris &c. quæ duo

Oooooo iii sunt

DE BLASPHEMIA

Sunt maxima & angelica sanctitas Papistarum, quæ se ha-
ctenus mundo uendarunt Missarij / acrificuli; non mi-
nistri Ecclesiae Christi, sed ministri Antichristi, homines
qui defecerunt a fide, infideles, & qui non nouerunt ue-
ritatem, ut Paulus hic ait, quod in eo apertissimum est,
quia fidem in Christum oderunt, condement, perse-
quuntur, id quod ipsi fatentur liberi: me in Sophismate
propositionis sua, fides qua quis firmiter &c. ut uideas
apertissime quos Spiritus sanctus, a ntequam nasceren-
tur, notarit deficientes a fide, attende ntes a spiritibus se-
ductoribus &c. Mirum quam hacten uis laborarint suis
scriptis & clamoribus, ut hæc a se amu solirentur, sed fru-
stra Christus iam occidit Antichristi im prædicato Euan-
gelio Spiritu oris sui in cordibus eorum, qui per Spir-
itum sanctum suscipiunt Euangellum, aboliturus breui-
totum Antichristum illustratione adiu-
tus sui &c. Ad-
dit uero Paulus. Hec proponens fratril-
ius, o Timothee,
bonus eris minister Iesu Christi, entri-
bus fidei bonę doctrinę, quam usq; se-
louanienses & Antichristiani respon-
monueris uel docueris, eris häreticus, &
mus te. Sed nos gratias agimus Deo, qui
ctus mostram doctrinam, quæ est Euan-
nobis commendat, & ipsorum doctrin-
cum ipsis, ut hominibus, qui defecerunta
nas Dœmoniorum, qui sunt infideles, &
titatem &c.

Audis etiam Christiane lector, in hi-
Pseudopros.
phete et pseu-
do Christi.
Louaniensium, pseudoprophetas & ps-
quos Christus prædicit. Matth. xxiiij, in
Paul⁹ dicitur, in templo Dei futuros, ut sedi-
sub nomine Christi, sub nomine quasi sint d-

& Sophismate
udo Christos,
Ecclesia, & ut
icāt homines
octores Chri-
stianorum,

SPIRITVS. CCCCC.

rianorum, qui Christum doceant, docebunt enim, Ecce
hic Christus, Ecce illic Christus, Ecce in desertis est, Ecce
in penetralibus est, ut uideas non Mahometanos esse se-
ductores, de quibus Christus prædixit, sed baptizatos
Christianos, quemadmodum & Paulus, Acto, xx, dixit
Ephesi Episcopis, Ex uobis ipsis surgent uiri docentes
peruersi, ut trahant post se discipulos. Et Iohan, in Epi. Ex.
nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt, si fuissent ex no-
bis, manisissent utiq; nobiscum, ut manifestentur non om-
nes esse ex nobis. Christus prædictit fortē errorem &
seductionem futuram per signa magna & prodigia, ut
non solum alij sed etiam electi, si fieri possit, in errorem
trahantur. Et, ut Paulus prædictit, In signis & prodigijs
mendacibus, secundum operationem Satanae, cum omni
potentia, cum omni deceptione iniusticie, id est, infidelis-
tatis, ut credant mendacio, qui dilectionem ueritatis non
suscepserunt. Quid autem est, Ecce hic Christus, Ecce illic
Christus, nisi docere Christianum oportere dubitare? Id
quod isti Sophistæ docent, ut nescias ubi Christum inue-
nias, quando audis uarias doctrinas, Ecce hic, ecce illic.
Interim canterizata conscientia dicit, Ecce nusquam, quia
quanto magis quero Christum in doctrinis AntiChris-
tianis, tanto magis ab eo recedo, & nunquam appræhendo
ut fiat meus, quem pater donauit mihi, quod & ipsi
Papistæ canunt, Nobis natus, nobis datus &c. ex Esaïe
lx, Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis.

Papistæ recte fatentur nobiscum & cum tota Eccle
fides de Chri-
sia Apostolica de persona Christi, quod Christus est De^o sto, non fides
& homo ituna persona, unicus Dei filius, Dominus no-
ster, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria
Virgine, crucifixus & mortuus, resurrexit & sedet in dex-

Ooooo iiiij.

ter

DE BLASPHEMIA

tera DEI patris omnipotentis, Hoc credere esse uerum,
solum uocant fidem Christianam, quæ est solum fides
historica, sed negant eum esse iusticiam nostram & uitam
æternam ut uides in Sophismate Louaniensi, id est, usum
Christi ignorant, ad quid nobis opus sit Christo, uel ad
quid Christus nobis datus sit. Quos si interroges, quid
opus erat Christo & morte filij Dei? quid prodest mihi,
si non accipio remissionem peccatorum & uitam æter-
nam proter Christum? quomodo appræhendo Christū
qui datus est mihi, ut sit meus? Deus proprio filio suo nō
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quid pro-
dest mihi si non accepero? Et si accepero filium pro me
in mortem traditum, quomodo pater non cum illo nobis
Faciunt Chri- omnia donauit? Quid est quod dicit, Pro nobis omnis
stum legis la- bus? Respondebunt alij aliter, quemadmodum ex erro-
rem.
ne & erranti doctrina audisti, Ecce hic, Ecce illic Christus, Christus datus est nobis & Christus uenit nobis, ut
traderet nobis perfectores leges Iusticiæ quam Moses
tradiderat, quemadmodum hoc uetus commentum est
hypocitarum & iusticiariorum, qui post Apostolos non
norunt discriumen legis & Euangelij, uidelicet primum ho-
mines esse saluatos per legem naturæ, Deinde per legem
Mosis scriptam, Nunc per legem Christi, Istis Christus
etiam est legis lator, sicut lex naturæ est & sicut lex Mo-
sis est, præcipiens nobis quid facere & præstare debeam⁹
uidelicet maiora & perfectiora mandata, quam lex natu-
ræ aut lex Mosis unquam præceperat, & non potius pro-
mittens nobis per Euangelium, quid Deus facere nobis
aut præstare ex misericordia propter Christum uelit, ut
ex promissione Dei propter Christum accipiamus remis-
sionem peccatorum & uitam æternam, quia Louaniens-
ses hoc

I es hoc Euangelium negant in scripturis haberi, & iudicant scripturas huic Euangelio aduersari.

Deinde postquam fecerunt Christum nouum Ies
gis latorem ut habeas quid tibi prosit Christus, egregium
scilicet postea addunt & hanc utilitatem dicentes, Nunc
sumus credentes, quia habemus fidem Christi (Historia
cam ut dictum est) nos Louanienses Theologi cum deo
cano nostrae facilitatis debemus expectare, quæ nondum
accepimus & tamen sumus boni Christiani, uidelicet re
missionem peccatorum in hac uita, in seculo autem futu
ro (ubi etiam expectare debemus) uitam æternam (Mis
tra audio & phanatica uerba,) Et expectare debemus fir
ma & certa spe, Non debemus firmiter credere & certo
statuere nobis remissa esse peccata, & nos habere uitam
æternam per fidem in Christum, & propter Christum fi
de suscepimus, quem nunquam ita suscepimus, sumus enim
christiani sine Christo & sine Spiritu Christi, & nondum
accepimus remissionem peccatorum, Ergo debemus ex
pectare firma & certa spe, non firma & certa in Christum
fide, neq; per Christum neq; propter Christum, sed per
Sacramentum baptismi & poenitentiae.

Cur dicitis Sacramentum baptismi et Sacramentum
poenitentiae, & non potius Baptismum & poenitentiam,
sicut loquitur scriptura? Aut quando placuit uobis uti
vocabulo Sacramentum, cur non additis etiam reliqua
uictoria Sacra menta, saltem extremam unctionem? id quod
hoc loco commodissimum uobis fuisset, Nam cum alii
quis interrogaret, Quam diu expectabitis remissionem
peccatorum & uitam æternam? commodum esset uobis
ita dicere, debemus expectare per Sacramentum Baptis
mi &

P p p p p

DE BLASPHEMIA

mi & poenitentiae usq; ad Sacramentum Extremæ unctionis, quando ultra expectare non licet. Si enim in extrema uita non accipitis expectatam (ut dicitis) remissionem peccatorum, nunquam accipietis. Debemus, inquit, expectare remissionem peccatorū in hac uita, id est, quam diu hic uiuimus. Quousq; ad Calendas Græcas, Nam interim docetis, Christianum oportere dubitare num ha-
beat remissionem peccatorum, num sit in statu salutis, ut
contineantur in humilitate, per quam salutabitur. Si in hac
uita Christiano dubitandum est, ubi manet uestra firma
& certa spes, qua expectatis remissionem peccatorum in
hac uita? forte illa expectatio perpetua, qua fatemini uos
nondum accepisse remissionem peccatorum, est illa dubi-
tatio. Et uestra firma & certa spes est hypocrisis & ficta-
res.

Ridiculum satis est quod dicunt, debemus expe-
ctare in hac uita remissionem peccatorum, in saeculo au-
tem futuro debemus expectare uitam æternam, Vbi ex-
pectabitis in saeculo futuro, in coelo ne an in inferno, uie-
tam æternam? Non calumnior, sed ineptias istorum uer-
borum in blasphema doctrina ostendo. Scio enim eos,
cum dicunt, per Sacramentum baptismi & poenitentiae
&c. hoc uelle dicere. Nos paruuli in peccatis concepti &
nati debemus expectare in hac uita remissionem peccato-
rum per baptismum. Post baptismum uero, cum nos con-
taminauimus actualibus peccatis, tunc debemus expecta-
re in hac uita remissionem peccatorum per poenitentiam.
Sed portentosis et phanaticis uerbis ita loquuntur, ut om-
nis Ecclesia Sanctorum aperte cognoscat, homines insa-
nos & doctrinis dæmoniorum dementatos non intelligi-
gere quid dicant. Coguntur a Satana, qui suis laqueis tra-
uet eos captos, ad suam uoluntatem, ij. Timo. ij. hæc
phanatica;

SPIRITVS.

CCCCII.

phanatica proferre, & propter has blasphemias occidere Christi confessores. Quia ex animo oderunt Christi Evangelium, & in Euangelio ipsum Christum iusticiam nostram, quem sola fide apprehendimus datum nobis a patre, ut sit noster, quomodo non cum illo nobis pater omnia donauit? Col. ii. in Christo estis completi.

Hanc fidem in Christum, qua Christum suscepimus. Oderunt fidem, ut siamus filii Dei, Ioh. i. oderunt cane peius & angue, damnant, persequuntur, ut compleant peccata sua semper, peruenit enim in eos ira Dei in finem. Nam summo studio diligentissime cauent, cum loquuntur de remissione peccatorum & de uita æterna, ut hic, debemus expectare remissionem peccatorum & uitam æternam &c. ne in hoc negotio nominetur quidem uel Christus, uel fides in Christum, sed loquuntur sic, Firma & certa spe expectare debemus, in hac quidem uita, per Sacramentum baptismi & poenitentiae, peccatorum remissionem, in sæculo autem futuro uitam æternam. Itaque cauendum tibi est, cum mentio sit remissionis peccatorum & uitæ æternæ, ne coram istis Theologis nomines Christum uel fidem in Christum, nisi uelis, ut hæreticus damnari & pro Christo occidi. Nam nullum (cautum) habet in scripturis testimonium & eisdem aduersatur fides, quia quis firmiter credit & certo statuit, propter Christum sibi remissa esse peccata, sequebatur uitem æternam.

Christus Lucæ ultimo a resurrectione dicit, Moses, Prophetæ & Psalmi testificantur de Me, quod oportuit Christum pati, & resurgere tertia die a mortuis, & prædicari in nomine meo poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes Gentes, incipiendo a Hierosolyma,

P p p p p ij Christus

Christus in
scripturis.

DE BLASPHEMIA

Christus dicit hoc esse in omnibus scripturis. Louanienses negant in ulla esse scripturis, & dicunt scripturas ad uersari. Petrus similiter ex Spiritu sancto dicit, Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius quotquot credunt in eum. Louanienses dicunt Spiritum sanctum in Petro mentiri. Deus promittit, Semen mulieris conteret caput Serpentis. In semine tuo, o Abraham, benedicentur cunctæ cognationes terræ. Esa. l*iij*. Per cognitionem suis ipse iustificabit seruos meos plurimos &c. Christus, Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit. Hæc est uoluntas Patris qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Si eut misit Me uiuens Pater, & ego uiuo propter Patrem, ita & qui credit in Me, ipse quoq; uiuet propter Me. (His uerbis Christus arguit mendacij etiam uerba Louaniensium) Ego sum resurrectio & uita, qui credit in Me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit & credit in Me, non morietur in æternum &c. quæ ante diximus. Sed Louanienses dicunt, Hoc non est in scripturis sanctis. Verum Pater clamat e coelis, Hunc audite. Et Deus dicit in Mose, Qui Prophetam illum audierit, Ego ultior existam. Habetis uos Theologi Papistici iudicium uestrum. Vestro ipsorum iudicio estis condemnati, Tit. *iij*.

Non habent
excusationem
impugnare
ueritatem ag-
gnitam.

In tanta luce ueritatis, ubi uictæ sunt conscientiae uestræ, audetis impugnare ueritatem agnitam, diabolica audacia, Non habetis excusationem amplius, ut antea in erroribus, de ignorantia, quia uidistis, & legistis, & audistis,

& audistis totam sacram scripturam, ut gloriamini, modo non mentiamini, quæ testimonium perhibent Christo, quod nos omnes sumus in peccatis nostris damnati ad mortem ætermam. Solus uero Christus filius Dei, pro nobis uictima factus, est nostra iusticia & uita æterna, ut Petrus de sacra scriptura dicit, Huic Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius quotquot credunt in eum. Hoc uos negatis in scripturis haberi, & blasphematis scripturas, huic fidei aduersari, qua credentes in Christum accipimus remissionem peccatorum & uitam æternam propter Christum, id quod tamen ipsa sapientia Dei Christus dicit, ut dictum est. Qui credit in Me, ipse uiuet propter Me. Non auditis? Quam habetis excusationem de ignorantia, qui nostra scriptura Christiana & Apostolica uidistis & audistis, quia contra ea scribitis, & qui dicitis uos ita legisse sacras scripta, ut possitis dicere, quid in eis sit, & quibus ipse aduersentur?

Christus dicit, Si non uenissem, & opera fecissent in eis, quæ nemo aliis facere potest, peccatum non haberent (de peccato ad mortem loquitur) Nunc autem excusationem de peccato non habent (quasi ignorantibus blasphemant Spiritum sanctum, & impugnant quidem ueritatem, sed non agnitarum) quia uiderunt, id est, uicti sunt suis conscientijs hanc esse ueritatem, & tamen oderunt & Me & Patrem meum, id est, sunt ex hominibus coram Deo Dæmones facti, hostes Dei & Christi, non minus quam Diabolus ipse, qui persequuntur Euangeliū salutis nostræ. Quod uiderunt, testis est Nicodemus, Magister, inquit, scimus quod a Deo uenisti Magister, Nemo enim haec signa facere potest quæ tu facis,

P p p p p p iij nisi

DE BLASPHEMIA

nisi Deus fuerit cum eo. Horrenda, inquit, uerba sunt, quis est tam demens, qui uellet esse hostis Dei & Christi? Sed an non o boni viri hostes sunt, de quibus Christus dicit, Viderunt. & oderunt Me & Patrem meum, Odio habuerunt me gratis, Nihil feci contra eos, Nihil feci contra Cæsarem, & tamen adiungunt me in crucem apud Pilatum per Caesaris tribunal, Quare? Gratis, propter nihil, immo propter mea beneficia, quod uoluimus Evangelio saluare eos, & diuina bona exhibui eis.

Non norunt
discrimen le-
gis & Euangeli.

Vestro ergo ipsorum iudicio condemnati estis, nisi quosdam excusat insignis ipsorum stulticia, qua in sacris literis non plus docti sunt quam equus & mulus, omnes uero Theologi papistici, qui gloriantur se esse doctores Sacrae scripturæ, adeo nihil intelligunt in sacris literis, ut non norint discrimen legis & Evangelij, sed sua doctrina insana confundant omnia, ex lege Evangelium & ex Evangelio legem facientes, ex tenebris dementati cordis sui proferunt obscura & phantastica uerba, quæ nemo inteligit ne ipsi quidem, quemadmodum ante diximus ex Psalm. v. Non est in eorum ore ueritas uel certitudo, cor eorum uanum est. Sepulchrum potens est guttus eorum, linguis suis dolose agebant, sed additur, Iudica uel condemnata eos Deus. Dicunt suam doctrinam esse doctrinam Christianam, sed tamen incerta docent de Christo, quem docent in his uel illis operibus, & perfectum Christianum in uotis & regulis monasticis inueniri. Ecce hic Christus, Ecce illic Christus. Contra quorum seductionem dicit Christus Christianis, Nolite ad illos exire, Nolite credere, Ecce prædixi uobis.

Non audiuimus te, Domine Iesu Christe, in nostris erroribus, quando patientiam habebas nobiscum & cum patris

patribus nostris, in ignorantia nostra, nunc autem reue-
lata Euangelij tui ueritate, audimus te, reuertimur ad uero-
batua relictis erroribus, agnoscimus nos esse in te bapti-
zatos & in mortem tuam, adhæremus tibi, audientes ex-
te dulcissimam Paracleti consolationem & promissio-
nem. Si in Me manferitis & uerba mea in uobis manse-
rint, quodcumq; uolueritis petetis & fiet uobis.

Certe illa diabolica malicia uos ne quaquam excus-
abit, qua excæcati ita estis magno studio & uolentes, ho-
stes uerbi Dei et Euangelij Christi, ut uidentes non uidea-
tis, & audientes non intelligatis, ne corde conuertamini &c.
& sanet uos Dominus noster Iesus Christus, ut Christus
ex Esaiā dicit, Horrenda est sententia D E I, Excæca cor
populi huius &c. An non sunt maxime excæcati, qui ui-
dentes sacram scripturam non uident ibi legem & Euangeliū,
uidelicet, quod nos in peccatis damnati ad mor-
tem æternam, cum credimus certa & indubitata fide in
Christum iusticiam & uitam nostram, accipimus a DEO
patre per Christum & propter solum Christum, non pro-
pter merita nostra, quæ sunt pessima, remissionem pecca-
torum & uitam æternam &c.

Alioqui dic hypocrita mendax & homicida, ut pas-
ter tuus diabolus est Ioh. viii, dic, quid prodest mihi Chri-
stus & quare datus est nobis filius Dei? Quid est, quod
Euangelium prædicat. Christus mortuus est pro nobis,
pro peccatis nostris, ut nos resuscitet in peccatis mortuos,
Si per legem & opera nostra est iusticia, ergo Christus
frustra mortuus est, Non ex operibus, ne quis glorietur,
Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni pec-
cato &c. Non est hoc, aiunt, in scripturis, sed contrarium

DE BLASPHEMIA

Iesus est in stercoribus AntiChristi. Quid prodest mihi Christus peccatori damnato, si non accipio propter eum remissionem peccatorum & uitam æternam? Respondent tandem qui doctiores sunt inter eos. Christus meruit nobis gratiam primam (sic enim loquuntur) in baptismo, ubi abluti sumus ab omni peccato. Postquam autem contaminauimus baptismum nostrum per actualia peccata & rursum damnati sumus in peccatis nostris, tunc cessat meritum Christi erga nos, non enim accipies mus remissionem peccatorum & uitam æternam propter Christum, sed oportet tunc nos ipsos laborare & mereri remissionem peccatorum, per opera poenitentiae quæ primum sunt satis factoria pro peccatis, deinde meritoria uitæ æternæ. In monasterio adduntur etiam opera Super erogationis. In illis operibus sunt eorum Missationes, invocationes & cultus Sanctorum, indulgentiae papales, uota & regulæ monachales, & omnia quæ faciunt & participantur ualent eis ad remissionem peccatorum & sunt merititia uitæ æternæ. Hanc uocant Gratiam secundam, quam, ut aiunt, non meruit eis Christus, sed ipsi merentur sibi suis operibus sine Christo. Dicunt enim propter Christum nos non accipere remissionem peccatorum et uitam æternam, sed expectandam esse per Sacramentum baptismi & poenitentiae.

Vbi manet hic confessio fidei Christianorum, Credo in Iesum Christum filium Dei unicum &c. Credo remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & uitam æternam? Non credo operum meorum satisfactionem pro peccatis. Si enim est remissio debitorum, non est satisfactio quemadmodum Lucæ viij dicit Christus, Non habentibus unde persolverent donauit utrisq; Vter ergo remissorena

remissorem plus diligit & Vbi Christus dicit dilectionem charitas qua
nostram sequi ut fructum fidei postquam Deus gratis, id uidetur ab ho
est, per Gratiam, hoc est, propter semetipsum sive propter minibus in ope
Christum remisit nobis peccatum. Non dilectio nostra ribus nostris
præcessit ut esset causa remissionis peccatorum uel præ- est signum rea
cium pro peccatis. Nam ante remissionem debitorum, misionis pecc
nullo modo debitores diligebant foeneratorem, sed odio
habebant eum, abscondebant se & fugiebant ab eo, me- catorum ex
tuentes ne durius per legem exigeret ab eis debita, Post- fructus fidei,
quam autem experti sunt eius gratiam & benignitatem non causa uel
remissis debitis, diligunt eum, sed ille plus cui plus dona- præcium rea
tum est. misionis pecc
eatorum.

Ita peccatrix, o Simon, remissa sunt peccata multa,
fuit peccatrix magna, non est nunc peccatrix, ut uos pha- risæi intra uos dicitis, sed remissa sunt ei peccata multa, ut
alteri debitori debita multa gratis, quia non habebat unde redderet, Tu Simon & uos pharisæi & homines aliij,
uidistis & audistis eam esse peccatricem in ciuitate, iam si de cordis accepit remissionem peccatorum multorum, id
quod post mulieri dicit, fides tua te saluam fecit, quam si- dem in corde aliij homines uidere non possunt, Ergo uel
ex fructu cognoscite arborem bonam, ex operibus multe
dilectionis, cognoscite ei remissa peccata multa, et iam non
amplius esse peccatricem, quemadmodum uos condem-
natis eam, Certum signum ingeritur oculis uestris multa
dilectio, quam uidetis in operibus huius mulieris, quod
fide cordis, quo respicere non potestis, accepit remissio-
nem peccatorum multorum, & iam non est peccatrix, sed
Iusta & sancta filia Dei, habens uitam æternam patris her-
reditatem.

Dilectio multa, quam in operibus mulieris ut fru-
ctu fidei & remissionis peccatorum multorum uident ho-

Q qqqqq

mines,

DE BLASPHEMIA

homines, est certum signum internæ fidei & iustificationis, siue remissionis peccatorum multorum in conscientia mulieris, quod iam non est amplius peccatrix, quam fidem cordis & remissionem peccatorum multorum homines uidere non possunt, quemadmodum Christus dicit, in hoc cognoscet omnes, quod mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad iniucem. Charitas est fructus Spiritus, non est ipsa fidelis arbor. Ex fructu cognoscitur arbor, fructus non facit arborem, sed arbor facit fructum. Fides in Christum, quae sola iustificat coram Deo ut Christus hic peccatrici dicit, fides tua te salvam fecit, operatur postea bonū per dilectionem, ut Paulus Galatis dicit, quemadmodum & alibi dicit Christus de ungente muliere, Bonum opus operata est in me, Pauperes semper habentis uobiscum &c. Quare opus illud erat bonum, quia uenit ex fide. Quicquid enim non est ex fide, Rom. xiiij, peccatum est, etiamsi in speciem sanctissimum uisum fuerit, ut opera Pharisæi, Lucæ xvij,

Duo hic debitores sunt, Simon pharisæus qui fuerat leprosus, sed a Christo curatus & sanatus, & mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Non habentibus illis unde redderent (non enim habebant bona opera siue dilectionem, sed mala opera, impossibile est enim bonum fructum esse ubi bona arbor non est,) condonauit Christus utriscq; & remisit utriscq; debita siue peccata. Illi parum, ut pharisæo in sua conscientia uidebatur, huic multum.

Dilectio certo
sequitur Re-
missionem pec-
catorum.

Viter ergo Christum plus diligit? Nam certe dilectionem necesse est sequi apud non ingratos & agnoscentes beneficium Christi remittentis peccata, Non remittuntur nobis peccata propter bona opera nostra siue propter

pter dilectionem nostram, quæ apud damnatos peccatores
malas esse non possunt, sed in Christo, per Christum & propter solum Christum remittuntur nobis peccata, ut non dicam quod illa satisfactio non posset esse remissio, quæ nisi gratuita sit, remissio non est. Et nos Christiani credimus Remissionem peccatorum, id quod Christus aperte hic dicit, Non habentibus unde redderent donauit utrisque. Remittuntur uel remissa sunt ei peccata multa, per quid: per fidem in Christum, quemadmodum dicit mulieri, Fides tua te saluam fecit.

Vter ergo eum plus diligit? Respondet Simon, Aestimo quod is cui plus donauit, Rectius iudicavit pharisæus quam nostri Sophistæ, qui ex hoc loco dixerunt saepe in epte, ne dicam impie, peccata nobis remittit propter dilectionem nostram, in uerbis enim Christi, quæ loquuntur ad Simonem, Remittuntur ei peccata multa, quia dixit multum, faciunt dilectionem nostram causam & meritum siue præcium remissionis peccatorum, id quod esse non potest, ut dictum est, cum Christus dilectionem tantum faciat fructum & signum remissionis peccatorum. Nam hanc fidem cordis, qua mulier in conscientia agnoscit sibi remissa esse peccata multa, & se non amplius esse peccatrix, pharisæi in conuiuio aut alijs homines uideant non potuerunt. Videlicet autem Christus, qui est cordium cognitor, ut dicitur Iere. v. Domine oculi tui respiciunt fidem, Et in historia paralitici scriptum est, Videlicet autem Iesus fidem illorum &c.

Ideo Pharisæus, qui inuitauerat eum, uidens quod siebat, ait intra se, dicens, Hic si eset Propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est, iudicat Iesum errare, cum ipse interim Pharisaica iudea

Qqqqqq ij sticia

DE BLASPHEMIA

sticia tumens, oblitus gratiae quae ipsi contigerat) errat
toto cœlo, quod condemnat peccatricem, quæ nunc uer-
re peccatrix non est. Recte alibi dicitur, Noli iudica-
re & non iudicabimini, Sic faciet uobis Pater uester coe-
lestis, si non remiseritis unusquisque fatri suo de cordi-
bus uestris, Ego ueni uocare non iustos, sed peccatores
ad poenitentiam. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis
conuertatur & uiuat. Meretrices & publicani præce-
dent uos Phariseos in Regnum cœlorum. Non est uo-
luntas Patris mei cœlestis, ut pereat uel unus de his pu-
sillis.

Ex dilectione
externa co-
gnoscunt fidē
& remissiōnē
peccatorum
internam.

Christus uero declarans Simoni se esse plus quam
Prophetam, qui uidet cogitationes cordis eius, suscipit
patrocinium pro muliere, dicens, Recte iudicasti, quod
ille cui multa remissa sunt, multum diliget remissorem.
Hoc enim uides in hac muliere, quam tu peccatricem iu-
dicas non recte, fuit enim, sed nunc non est, habuit pec-
cata multa, sed nunc remissa sunt ei peccata multa per
fidem cordis (ut dicit mulieri, Fides tua te saluam fecit)
quam fidem cordis tu uidere non potes, quam remissio-
nem peccatorum multorum tu uidere non potes in con-
scientia mulieris. Potes autem uidere eam fidem cordis
& remissionem multorum peccatorum, quæ est in con-
scientia mulieris, gaudentis & gratias agentis de remis-
sione peccatorum, Potes, inquam, uidere in externo si-
gno, quod oculis uestris obiicitur, uidelicet in fructibus
fidei & iustificationis, in dilectione multa, quam uidetis
in operibus eius, Opera enim dilectionis, quæ ex fide
cordis facit (ut Paulus ait, Fides per dilectionem ope-
ratur) non sunt opera peccatricis, habentis multa pec-
cata, sed filiæ Dei, cui remissa sunt peccata multa.

Certum

Certum ergo signum habes, o Simon, multam huius mulieris dilectionem, quam in operibus eius coram uides, quod remissa sunt ei peccata multa, dum credit in Me, fides eius saluam fecit eam, quam tu in corde eius uidere non potes. Vides autem in externo signo operū dilectionis. An non iudicabis ex fructibus de arbore, tam multis fructus tu nondum edidisti erga Me, licet dilexisse Me uidearis, sed parum dilexisti, quia parum tibi remissum esse sentis. Hæc autem dilexit multum, id quod uides in operibus dilectionis eius, in fructibus dignis ueræ penitentiae & remissionis multorum peccatorum, quæ non sunt opera satisfactionis pro peccatis multis, nec opera quæ mereantur remissionem peccatorum, quemadmodum stulti Sophistæ, hoc loco, fecerunt dilectionem precium remissionis peccatorum, quasi propter dilectionem multam remissa sint peccatrici peccata multa, quæ non posset esse remissio, ut ante dictum est, & Christus hoc negat stulti Sophistis, dicens, Non habentibus unde redderent, condonauit uel remisit utriscum debita siue peccata. Quo significat remissionem peccatorum esse gratuitam, & impossibilem esse nostram satisfactionem debitorum, qui quotidie & perpetuo etiam post baptismum, donec hic uiuimus, rogamus, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et addit Christus contra nostros Sophistas. Vter ergo eum plus diligeret? Significans aperte dilectionem opera dilectionis in debitoribus non praecessisse, quibus mererentur aut satisfacerent apud creditorem, ut eis debita condonarentur, remitterentur relaxarentur, ut non dicam quod illa non posset esse condonatio, remissio aut relaxatio, si pro meritis daretur, uel potius continget, sed dilectionem & opera di-

Qqqqqq ij lectio,

DE BLASPHEMIA

lectionis sequi in debitoribus post remissa debita, quem admodum aperte dicitur, Cui minus remittitur uel remissum est, gratuito (quia non habebant unde redderent) is minus diligit, id est, gratus quidem non tam multum agnoscit benefactorem & beneficia eius:

*Fides tua.
Vado in pace*

Hoc est quod mulieri dicit, fides tua in Christum (non dilectio tua) te saluam fecit, Vade in pace, uiue in gratiarum actione, in fide filij Dei, ut uiuat in te Christus (ut in Paulo Gal. ij.) fac fructus dignos poenitentiae, id est, confitere gratiam Dei in Christo, cresce in cognitione Christi perpetuo, non te abalienent a me odia, blasphemiae, persecutions Pharisæorum, qui aduersantur mihi, exhibe opera dilectionis proximis tuis, declarra alijs hominibus, quibus ante scandalum fuisti, per opera dilectionis, tibi remissa esse peccata multa per fidem in Christum, ut sis bono exemplo alijs, ut conuertantur ad Christum (ut Paulus i. Timo. i) his fructibus declarabis mundo, qui fidem & iusticiam tuu cordis uidere potest, te esse arborem bonam factam ex gratia Dei per solum Christum, id est, ex peccatrice filiam Dei, hæredem uitæ æternæ, ne si posthac uolueris peccare rursum, turbes & amittas pacem conscientiae tuæ, quam per fidem remissis peccatis multis accepisti, hoc est, Vade in pace, quod alibi dicit sanato, Noli amplius peccare, ne quid tibi deterius contingat, Sic enim dicit Paulus Ro. v. Iusticati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriae Dei, Nec hoc solum, uerum etiam gloriamur super afflictionibus &c, que Paulus longe alia dicit de fide in Christum, & de spe promissio

num

SPIRITVS. CCCCCVIII.

num in Christo, quam Sophistæ Louanienses scriptura-
rum & uerborum Christi calumniatores dicunt, Fides,
inquiunt, qua quis firmiter credit & certo statuit pro-
pter Christum &c.

Hæc est certa & uera sententia, & non potest esse a^z Certa est in-
lia in illo loco de peccatrice, ex certis uerbis Christi & dubitata sena-
toto illo negotio remissionis peccatorum per Christum tentia Luc. 7.
quod illuc agitur, Ad Simonem loquitur Christus de
muliere, ostendens ei hanc mulierem non esse peccatri-
cem, Remissa sunt, inquit, ei peccata multa, id quod tu
uidere non potes, quoniam dilexit multum, id quod tu
in operibus eius coram uides, Ex dilectione multa hu-
ius mulieris quam uides, ut ex certo signo hominibus
conspicuo, debes certo cognoscere eam iam non esse
peccatricem, sed ei else remissa peccata multa, Si-
mon cogitat, Omnes sciunt eam else peccatricem, unde
sciam & cognoscere potero, ei remissa esse peccata^z
Christus ergo addit, Quoniam dilexit multum, id quod
coram uides & negare non potes, uides fructum remis-
sionis peccatorum & iusticiæ fidei in muliere, uidelicet
dilectionem, quod dilexit multum, unde non debes du-
bitare ei remissa esse peccata multa, & eam iam non esse
peccatricem, ut tu Pharisaica superbia tibi somnias, quem
admodum Christus alibi dicit. In hoc cognoscent om-
nes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis
ad iniuicem, ut antea saepe diximus. Quæ maxima con-
solatione paracleti Spiritus sancti nobis dicuntur, quod
postquam fides in Christum nos saluos fecit a peccatis
nostris (Matth. 1. Iesus saluum faciet populum suum, id
est, credentes in ipsum, a peccatis eorum) postquam re-
missa sunt nobis a Deo patre peccata nostra per solum
Christum, & propter solum Christum, non sumus am-

Qqqqqq iiiij plu

DE BLASPHEMIA

plus peccatores coram Deo, sed filij Dei, etiam si adhuc
cum Paulo necesse est, ut dicamus, Non inuenio in me
hoc est in carne mea bonum, uidelicet Deo non imputan-
te nobis nostram iniusticiam, imputante uero nobis suam
iusticiam. Et Christus non sustinet ut aliquis uel diabolus
nos accuset, quemadmodum Simon uel in corde accusa-
bat mulierem, peccatrix est, defendit enim nos & iustifi-
cat nos dicens, Remissa nobis esse peccata multa, ut uideas
illud Rom. viii. Diligentibus Deum omnia cooperan-
tur in bonum, ihs quis secundum propositum vocati sunt
sancti &c. Quis accusabit electos Dei? Deus est qui ius-
tificat. Quis condemnabit? Christus est qui mortuus est
&c. Ita, ut audisti, habet ratio uerborum Christi ad Simo-
nem, ut ex operibus dilectionis in muliere Simon uideat
& cognoscat mulieri per fidem remissa esse peccata mul-
ta.

Ad mulierem autem & ad conscientiam mulieris
Christus sic dicit, fides tua te saluam fecit, uade in pace,
Totum itaq; negotium quod illic erga peccatricem agit
Christus, est negotium Gratiae Dei & remissionis pecca-
torum, exoptatissimo exemplo omnibus peccatoribus
poenitentiam agentibus. Nostræ Sophistæ ex illo toto ne-
gotio & uerbis Christi nihil intelligentes, prædicauerunt
& stultissime docuerunt ex illo sacro Euangelio legem, id
est, dilectionem, Nam plenitudo legis dilectio est, quod
propter dilectionem, id est, opera nostra iustificamur &
remituntur nobis peccata, & blasphemant quod Chris-
tus hoc dixerit, & ita, quasi autore Christo, fecerunt dilec-
tionem & opera nostra, causam, præcium, meritum res-
missionis peccatorum, id quod Christus ipsis fortiter nega-
t, dicens, Non habentibus unde soluerent condonauit
utrisq; uter eum plus diligit? fides tua te saluam fecit, uad
de in

de in pace, quam per DEI gratiam & fauorem accepisti, sicut ex gratia & fauore creditoris acceperunt duo debitores, Cui multum remittitur, multum diligit, Cui minus remittitur minus diligit, Dilectio sequitur remissionem debitorum, Soli enim iustificati per fidem in Christum filij DEI præstant legem, & in Christo omnes promissiones, etiam legis, sunt Etiam & Amen, Non audiemus Sophistas nostros & calumniatores ac depravatores scripturarum, sed audiemus Christum, cui omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius quotquot credunt in eum.

Aduerte Sicut hebraica phrasι idem est, Remissa sunt ei peccata multa, & Remittuntur ei peccata multa, utrumq; enim & legunt & canunt, ita idem est, Quoniam dilexit multum, & quoniam dilegit multum, hebrei enim etiam præsens tempus exprimunt per uocem præteriti, ut Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit, pro exultate &c. Et Quod hic dicitur, Quoniam dilexit multum, ante dixit, Vt eum plus diligeret, non dicit dilexit? & post. Cui minus remittitur minus diligit, non dicit, dilexit, & tamen nihil aliud significatur utraq; uoce, ut uides, quam dilectionem secutam quæ uidetur in operibus, prodere & declarare remissionem peccatorum & fidem cordis quam alij homines uidere non possunt.

Videamus uero quæ dicta sunt, in uerbis & actione Christi apertissime, ita ut nemo possit de hoc negotio remissionis peccatorum per solum Christum & propter solum Christum dubitare, nisi plane sit impius et contemnitor huius sacratissimi exempli, videamus, inquam, ut confundantur adhuc amplius nostri Sophisticatores, qui hic

Rrrrrr

ex Euan-

Ex lege Euangelium, Ex Euangelio Ie-
gen faciunt.

DE BLASPHEMIA

ex Euangelio legem fecerunt, adeo indocti in sacris literis, ut nesciant discrimen legis & Euangelij, Omnia condundunt, docentes, Ecce hic, ecce illic Christus, Fac hoc & eris saluus, aut fac illud, & eris bonus Christianus, Perfectus autem eris, si ultra Dei præcepta feceris etiam opera supererogationis, ut sit in uotis Monasticis, Missa est sacrificium Deo acceptissimum, pro uiuis & defunctis. Sic enim nos AntiChristiani statuimus, sine uerbo Christi, atq[ue] adeo contra uerbum Christi, Nam habemus Papam Sanctissimum & alios magnos doctores, quos audimus, ut non opus sit nobis audire Christum, etiam si pater clauset e coelis, Hunc audite, Nam Christus rediit in coelum, & dedit Ecclesiæ suæ potestatem, ut statuat & faciat ex Euangelio & Sacramentis Christi, quodcunq[ue] libuerit. Nos Papistæ sumus Ecclesia Christi, sponsa immaculata (ut uidere licet etiam Romæ) & nos Sacrificuli & Mosaichi sumus capita in hac Ecclesia, Ergo quicquid nobis uisum fuerit & libuerit, hoc statuemus, & dicemus Ecclesiam hoc statuisse, Hoc omnes ita seruare & credere debebunt quotquot uolunt salui fieri, Qui autem Ecclesiam nostram in his somnijs & abominationibus nostris non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, Statuimus autem & fecimus Missam (ignotum nobis Sacrificulis uocabulum) Sacrificium pro uiuis & defunctis, per quod salvantur omnes nostri adulteri, immundi, Sodomitiæ, blasphemii, periuri, homicidæ, raptiores, inuidi, auari, usurarij, iniurij, &c. ut prædictit Zacharias ca, v. de nostra doctrina, Nihil damnat nos tristis ne infidelitas quidem, modo tantum multas Missas habeant, quibus confidant, quæ sent a nobis excogitatae, ideoq[ue] non ex uerbo Dei & iustificatione Christi, sed ex mendacio Satanæ profectæ, Quod si etiam istæ Missæ nihil prodessent, alijs siue uiuis siue defunctis.

fanctis, ut Lutherani hæretici dicunt, tamen totus mundus uidet, quod nos per Missas maximi & Domini omnium facti sumus. Non sunt nobis Sacrificiis contemnenda Missarum Sacrificia. Quia uero sic statuimus, omnes debent ita credere & suscipere Missas, nisi uelis inobe diens Ecclesiæ nostræ ut ethnicus & publicanus a nobis haberi. Quia sine Missarum sacrificijs non est salus, id est, dignitas Papalis sub coelo. Sed quid ego hic interim contendō cum Missarijs. Non repetō hic omnia quæ docuerunt isti dubitatores, Ecce hic, ecce illuc Christus, indulgentias Papales, iuuocationes & cultus Sanctorum &c.

Videamus uero ut coepi dicere, & audiamus Christum unicum Magistrum nostrum in hoc negotio remissionis peccatorum. Ad Simonem loquitur de dilectione mulieris, quam Simon coram in operibus mulieris uidebat, unde cognoscere debebat eam iam non esse peccatrice. Remissio peccatorum Lucae 5. in peccatis. Et præfert mulierem Simonin in dilectione operibus ostensa. Atq[ue] ita hoc signo uide licet dilectione seu demonstratione oculari (ut uocam⁹) conuincit Simonem, quod non recte senserit eam esse peccatricem. Inde conuersus ad mulierem, confirmat eius conscientiam, quam ipse uidere potuit; non Simon uel alij ac cumbentes mensæ, dicens, Fides tua te saluam fecit. Habet totum negotium, quod remittuntur a Deo peccatri ci peccata multa per fidem in Christum, ut habeat pacem, Rom. v. Hoc hominibus ignotum ipsa declarat & significat dilectione, id est, fructibus iusticie sive remissionis peccatorum, quos fructus homines uidere et gustare possunt, quemadmodum certe hic gustauit Christus ipse magis his saturatus, quam ferculis Simonis Pharisei, ut recte canitur in Sequentia, Vide nunc in Euangeliō Luc. Hæc

DE BLASPHEMIA

omnia claro ordine aperte dici, ut mirum sit Sophistas etiam ea potuisse deprauare.

Vides, o Simon, hanc mulierem? Hic sunt duo debitores, sed mulier pl^o diligit, quia agnoscit sibi remissum esse multum. Intraui in domum tuam, Aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitum sui extersit, Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hec autem unguento unxit pedes meos, propter quod tibi dico, Remittuntur ei peccata multa, (id quod tu uidere non potes) quoniam (ut uides) dilexit multum, Cui autem minus remittitur (ut tibi) is minus diligit (uideris quidem diligere, quia inuitas me ad prandium, sed tantam dilectionem non exhibes mihi, quantam mulier, quia non agnoscis tibi multum condonatum, adeo tumes adhuc Pharisaica superbia contra peccatores & peccatrices, quos tamen uides poenitentiam agere.

Præterea haec mulier mihi in corde suo summum habet honorem, & proprium mihi Messiae siue Christo debitum, uidelicet quod credit se habere remissionem multorum peccatorum per Me solum & propter Me solum a patre coelesti, secundum Euangelium, Semen mulieris conteret caput Serpentis, & In semine Abras habebendetur cunctæ cognationes terræ. Et hoc est nomen quo uocabunt eum Dominus iusticia nostra. Vide meretrix & desertrix ubi non sis prostrata, tamen revertere ad Me, & ego suscipiam te. Et uocabis me Pater meus &c, Et sponsabo te Mihi in iusticia &c. Nolo morte peccatoris &c, Dabo legem meam in mentes eorum & in

SPIRITVS: CCCCCXI.

& in corda eorum scribam eam, & peccatorum eorum non recordabor amplius, hunc honorem proprie Mihi debitum, id est, credere Christum esse iusticiam damnatorum peccatorum, tu Simon mihi non habes, neq; tui socij, qui hic assident. Et hodie Louanienses Theologi maiori impietate, quam illi Pharisei, publico scripto nesciant in scripturis haberri, quod firma fide propter Christum accipimus remissionem peccatorum & uitam æternam.

Vide uero nunc & audi in ierbis Christi, quod hic agitur erga mulierem negotium remissionis peccatorum per solam in Christum fidem. Et dixit ad mulierem Remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt qui simul ac cumbebant dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata remittit? Senserunt quod res est, multo melius quam papistici Theologi, uidelicet quod Christus diceret, non ex operibus bonis mulieris prouenire iusticiam coram Deo, hoc enim modestius tulissent Pharisei, qui erant iusticiarij, sed de remissione peccatorum per uerbum eius, Remittuntur tibi peccata, unde offendebantur cogitantes. Quis est hic qui etiam peccata remittit? Alibi cum dixisset paralitico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Dicebant intra se, Hic blasphemat, quis potest peccata remittere nisi solus Deus? Quibus Iesus dixit, Quam facile est Mihi dicere & efficere, Surge & ambula, tam facile etiam est Mihi dicere & efficere, Confide fili, id est, crede, remittuntur tibi peccata tua, Surge, tolle grabatum tuum, & uade domum. Illi ergo uiso misericordia, quo certo declarabatur, Christum eum esse, & remittere peccata, id est, esse iusticiam nostram, glorificaverunt Deum, & admirantes, dixerunt, Vidi mus mirabilia

Rrrrrr iii bilia

DE BLASPHEMIA

bilia hodie. Propter ista mirabilia occidunt Louanienses Theologi sanctos Christi confessores, & effundunt innoxium sanguinem, ut ueniat super ipsos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab Abel usque ad nos. Sunt mendaces & homicidae, ut pater ipsorum Diabolus Ioh. viij. Ideo persequuntur filios Dei. Christus uero nihil moratus offendicula Pharisaeorum, pergit, dicens mulieri, Fides tua (non dilectio tua) te saluam fecit. Vade in pace. Iam posthac uiue in gratiarum actione, fac opera dilectionis, dignos fructus poenitentiae, opera filiorum Dei, quibus declarabis alijs hominibus (quibus haec tenus fuisti scandalum) te non amplius esse peccatrixem, te accepisse remissionem peccatorum multorum per solum Christum, per benedictionem Abraham promissam. Antea uixisti ut peccatrix, nunc remissionem peccatorum accepta, uiue ut filia Dei, ut quam accepisti pacem retineas in conscientia tua apud Deum &c.

Quando tam apertum est exemplum mulieris dilectioni tristis, Lucæ vij. de gratuita remissione debitorum siue buunt omnia, peccatorum, quæ non potest esse remissio, si non est gratia Christi nihil. tuita per solum & propter solum Iesum Christum Dominum nostrum, erubescite uos impii Sophistæ Theologici papistici, quod odio Christi & fidei, ut Antichristiani, depraualtis non solum alias scripturas, quæ dicunt de iusticia fidei & fiducia misericordiae Dei, quæ est Christus, sed etiam hoc omnibus peccatoribus & toti Ecclesiæ Christi salutare exemplum. Hic doluisti, quando audisti Christum, pronunciare, Fides tua te salvam fecit, & studio quæsisti aliquid, quo tam apertam Dei gratiam & iusticiam, quæ est per fidem Christi obscuraretis. Hoc enim fuit Antichristi studium in Evangelio

SPIRITVS.

CCCCCXII.

glio Christi, & inuenistis fucum uestra*e* impietatis, ut
doceretis ex uerbo Christi, Quia dilexit multum, pro-
pter nostram dilectionem, siue propter nostra opera re-
mitti peccata, quasi uero haec istremissio, contra manife-
stum uerbum Christi, Non habentibus unde redderent
condonauit utrisc*q*, uter ergo eum post condonationem
plus diliger*s*. Sed hac insania seduxisti*s* multos, scripsi-
sti libros, replesti Scholas & Ecclesias, ita ut tandem
dilectioni tribueretis omnia, Christo nihil, & uocare-
tis dilectionem gratiam, doceretis Christiano homini
esse dubitandum, num sit in gratia, num sit in status salu-
tis, num sint ipsis remissa peccata, num placeant Deo o-
pera sua, num possessorus sit uitam æternam, Id est, ut
exponunt Theologi Louanienses, Christianus non de-
bet firmiter credere et certo statuere, quod propter Chri-
stum accipit remissionem peccatorum & uitam æter-
nam, Ecce hic, ecce illuc Christus, ut nusquam inuenias,
Psal. v. Non est in ore eorum ueritas uel certitudo, Se-
dent in cathedra pestilentiae, qua*e* fingit laborem in præ-
cepto, ut alibi Psalmus dicit secundum ueterem transla-
tionem, Hoc scilicet didicisti*s* ex hoc exemplo peccatri*s*
eis, ubi Christus suum propriū officium agit, quod uos
infideliter negatis, uidelicet negotium remissionis pecca-
torum etiam multorum & maximorum per fidem*e*.
Hoc nunc uidet fere totus mundus in tanta Euangeli*j*
luce, Vobis autem est hoc iudicium (Ioh. iii.) quod lux
uenit in mundum, & dilexi*s* magis tenebras quam lus-
cem, sunt enim mala uestra opera, id est, uestra doctrina,
cultus & fict*e* religiones, quibus operibus uos fures &
latrones, qui lucem odio habetis, non uultis lucernam
Euangeli*j* adhiberi, ut non arguantur opera uestra, sed

Rrrrrr ill*q*.

Christus.

DE BLASPHEMIA

Christus iam occidit Antichristum Spiritu oris sui,
Blasphemate, occidite, nihil efficietis, peribitis.

Erubescite, inquam, fidei & officij Christi hostes, uel de stupida & crassa inscipientia uestra, quod hanc suauissimam & æternam consolationem de peccatorum per fidem in Christum remissione gratuita, Lucæ vii. non uidistis, uel de malitia uestra, quod haec uidere noluistis. Si qui ex uobis ignoranter blasphemant & persequuntur Euangelium Christi, pro eis oramus, ut Stephanus orauit pro Saule, qui Paulus sanctus uocatur. Qui autem agnitaru ueritatem impugnant, habent suum iudicium & suum iudicem, illum quem iustificatorem suscipere nolunt, & sanguinem eius pollutum ducunt, cum aiunt remissionem peccatorum non accipi propter Christum. Hui dolent & inuident Spiritui sancto, quoties in scripturis dicit Christum esse iusticiam nostram, & quoties dicit de iusticia fidei. Vellent haec non ita esse scripta hostes Euangeli, sed ubique potius esse scriptum, Opera nos iustificant, Propter opera nostra remittitur nobis peccatum (Egregiam scilicet remissionem) operibus nostris primum satisfacimus pro peccatis nostris, deinde ubi satisfecimus & persoluimus debita (contra uerbum Christi, Non habentibus unde redderent &c.) meremur operibus nostris multa merita, hic super terram, & illuc supra coelos, & tandem uitam æternam, Non opus est nobis Christo ad remissionem peccatorum & ad uitam æternam consequendam, Haec, inquam, vellent potius esse scripta in locis Scripturarum, ubi Spiritus sanctus dicit de iusticia fidei siue de Christo iusticia nostra, qui non potest apprehendit & suscipi a nobis nisi Sola fide, Adeo sunt hostes fidei, & oderunt & persequuntur Christum
Sola

Sola fide appræhensum, ut impudentissime contra Spiritus sancti scripturas hanc statuant AntiChristianam doctrinam, propter quam occidunt Lutheranos, id est; sanctos Christi confessores. Fides, inquit, qua quis firmiter credit & certo statuit, propter Christum sibi remitti peccata, & se possessurum uitam æternam, non habet in scripturis testimonium, immo Scripturæ huic fidei aduersantur.

Sed heus bone lector, Ante indicavi tibi impietas eorum & insanam doctrinam in his uerbis, nunc atende etiam ineptias stultissimorum hominum, de quibus Paulus in Spiritu, prædictis ita, in hypocrisi loquentium mendacium, Postquam negaverunt Sacram scripturam, quæ de Christo iusticia nostra testificatur, ut dicit Petrus Acto. x. & negauerint Christum fide susceptum esse iusticiam nostram siue remissionem peccatorum & uitam æternam, fatentes aperte se non credere in Christum, se adhuc in peccatis suis esse damnatos, audent addere hypocrisin suam & mendacia uerba; id est, que ipsi non credunt esse uera, nec credere possunt esse uera, & pergunt ludendo uerbis fictis ineptire. Etiam si, inquit, firma & certa spe expectare debemus, in hac quidem uita, per Sacramentum baptismi & poenitentiae, peccatorum remissionem, in sæculo autem futuro uitam æternam. Quomodo possunt firmam & certam spem habere, qui fidem in Christum non habent, qui negant se habere remissionem peccatorum & uitam æternam propter Christum? facta & uana verba sunt. Qui possunt uitam æternam expectare sine Christo, uel ut ipsi loquuntur, non propter Christum, qui tamen fidelibus est uita æterna? Expectant remissionem peccatorum per baptismum & poenitentiam, qui non credunt remissionem peccatorum se accipere propter Christum,

Stulticia Theo
logastrorum.

Ssssss

stum,

DE BLASPHEMIA

num, Habent ergo baptismum & poenitentiam sine Christo, Portenta sunt uerborum, quibus querunt fucum suis dæmoniorum doctrinis.

Non intelligunt illud Rom:vi. Quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus, In Christum Iesum, ait, ut non agnoscamus nobis aliam iusticiam coram Deo præter Iesum Christum, in mortem eius, dicit, ut non agnoscamus aliam satisfactiōnem pro peccatis præter mortem Christi. Qui itaq; crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, ait Christus, & Paulus Gal.ij. Lex poedagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur, At postquam uenit fides, non amplius sumus sub pedagogo, Omnes enim filii Dei estis perfidem in Christo Iesu, Nam quicunq; baptizati estis, Christū induistis, Et Col.ij. In Christo completi, estis cōspulti simul cum illo per baptismum, in quo simul cum illo resurrexistis per fidem quam operatur Deus, qui excitat uit illum a mortuis, Et uos, cum essetis mortui in peccatis & in præputio carnis uestræ, simul cum illo uiuificauit, condonans nobis omnia peccata, deleto chirographo etc; Quando inteligerent hęc, qui negant in scripturis sanctis hęc haberi de baptismo dicunt in articulo secundo, per baptismum peccata plene tollantur & fiunt homines filii Dei, ac hæredes uitæ æternæ, sed (ut in nono articulo dicitur) non per certam & firmam fidem propter Christum, habent ergo baptismum Christi sine Christo, quæ sunt uerba phanatica & AntiChristiana.

Fidelitas.

Similiter non intelligunt quod Christus a resurrectione dicit, Luce ult. Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicare in nos

SPIRITVS. CCCCXIII.

In nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum
in omnes gentes, incipiendo a Ierusalem, Non audiunt,
in nomine Christi poenitentiam & remissionem peccato-
rum oportere prædicari, neque etiam audientes intelligunt,
quia negant hoc in scripturis haberi, Et Christi mortem
& sanguinem faciunt nobis plane inutilem, quando ne-
gant poenitentes peccatores & peccatrices habere remis-
sionem peccatorum & uitam eternam propter Christum,
contra eos Paulus dicit Gal. iii, Si per legem est iusticia,
ergo frustra Christus mortuus est, Sed quid ego contens
do cum eis? ne hoc quidem Pauli uerbum intelligunt.

Quod habent poenitentiam, id est, ut ipsi fatentur, ~~per apistarum~~
remissionem peccatorum & uitam æternam, sine Christo, poenitentia,
notissimum est, quia docent, & hactenus docuerunt, ~~potes~~ non in nomine
poenitentiae esse tres partes, cordis contritionem, oris confessio Christi sed in
sionem, & operis nostri satisfactionem. Per hec, inquiunt, ~~operibus nou~~
redeunt damnati peccatores ad Deum, accipiunt remissio ~~firis.~~
nem peccatorum & uitam æternam, Itaque secundū hanc
doctrinam homines damnati possunt saluari per seipso
videlicet per sui cordis contritionem, per sui oris confes-
sionem, per operis sui satisfactionem, & non opus est pec-
catoribus & peccatricibus Christo ad remissionem pecca-
torum & ad uitam æternam possidendam, quia, inquiunt
Fides qua quis firmiter credit & certo statuit, propter
Christum sibi remitti peccata, & se possessurum uitam æ-
ternam, non habet testimonium in Scripturis, sed scriptur-
æ ei aduersantur. Hæc certe non est prædicatio poeniten-
tiae in nomine Iesu, quemadmodum Christus dicit, nec
hæc doctrina respondet exemplo peccatricis, de quo dixi
mus, sed est proprie doctrina AntiChristianorum, in
hypocrisi loquentium mendacium, de quibus Petr^o etiam
predicit.

Ssssss ij

DE BLASPHEMIA

prædicit.ij. Pet.ij. Fuerunt hactenus pseudoprophetæ in populo Israel, quemadmodum & inter nos erunt falsi doctores, qui clam introducent sectas perditionis, etiam Dominum, qui ipsos suo sanguine mercatus est, abnegantes, accersentes sibi ipsis celerem perditionem, et multi sequentur illorum exitia, per quos via ueritatis blasphemabitur, & per auaritiam fictis uerbis de uobis Christianis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat & perditio illorum non dormitat &c.

Dicunt Nos
etiam habemus fidem etc.

At dicunt Papistæ qui oderunt & persequuntur Evangelium Domini nostri Iesu Christi, Videntur nobis insani esse isti haeretici Lutherani, Dicunt enim & scribunt quasi nos simus infideles & non credamus, cum tamen nos sumus non solum Ecclesia Christi sed etiam capita Ecclesiae, & maxime plus quam alii habemus fidem Christianam, Non sumus Turcae aut Iudei &c. Respondeo, Si habent fidem Christianam, cur oderunt & persequuntur eam? Dicant ipsi quid uocent fidem Christianam, Hoc in omnibus articulis Louaniensium non inuenies, in articulo octavo, uidentur uelle dicere de uera fide, ex uerbis Pauli Rom.ijj. cum aiunt. Ad iustificationem ante omnia necessaria est in adultis fides, qua certo credimus Christum Iesum Dei filium nobis propiciatorem a patre propositum esse pro peccatis nostris in sanguine ipsius, Hic uidebantur quidem aliquid certi dixisse de fide in Christum siue de credendo in filium Dei, quamuis ita dicere singulari studio caueant, Sed mox sequenti articulo non damnant fidem in Christum, dicentes, ut audisti, Fides, qua quis firmiter credit & certo statuit, propter Christum, sibi remissa esse peccata, seq; possessurum uitam eternam, nullum habet in scripturis testimonium, imino eiusdem adiutatur.

versatur. Vides quam istæ Dœmoniorum doctrinæ docceant sub nomine fidei Christi, dubitare de Christo. Ecce hic, ecce illic, non est in ore eorum ueritas uel certitudo. Ignorant quid sit credere in Christum, uel fides in Christum. Suspicantur enim, id quod res est, & metuant, sublimius quiddam esse, credere in Christum, siue fidem in Christum, quemadmodū Christus dicit, quod Apostoli prædicant. Qui credit in filium Dei unigenitum, non perit, sed habet uitam æternam. Qui credit in Me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit & credit in Me, non morietur in æternum &c. Ideo diligentissime canent, ne dicant in omnibus suis articulis, Fides in Christum, Credimus in Christum &c.

Quis hic excusabit Decanum cum suis blasphemis. Theologis de ignorantia, quasi impugnant quidem ueritatem, sed non agnitarunt. Habent in manu & legunt locum Pauli Ro. iij. ubi statuitur, per Spiritum sanctum secundum doctrinam Apostolorum, articulus iustificationis per solam fidem in Christum, quia dicit, Sine lege, non per opera legis Dei, multo minus per operatrationum & mendaciorum humanorum, sed iusticiam Dei per fidem Iesu Christi in ipsius sanguine. Et ramen Diabolica certe audacia contra Deum & impudentia contra rationem humanam, audent statuere de Christo iustificatore duo contradictoria simul uera, cum loquuntur de fide, id est, in hypocrisi mendacium & blasphemiam aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Dicunt ex Ro. iij. Fidem, qua certo credimus Christum Iesum Dei filium, nobis propiciatorem a patre propossum esse, pro peccatis nostris in sanguine ipsius. Et simul dicunt contra illum locum Rom. iij. quem uident,

S. s. s. s. s. iij. quem

DE BLASPHEMIA

quem tenent in manibus, ex uno ore calidum & frigida-
dum exusflantes, & uenenum antiqui Serpentis speran-
tes, Fidem, qua' quis firmiter credit & certo statuit, pro-
pter Christum, sibi remissa esse peccata, & se possessu-
rum ultam aeternam non esse testificaram in scripturis.
& scripturas ei aduersari huic fidei, Quibus uerbis, dam-
nant fidem suam, quam ante dixerunt, Istos interroga-
de fide, & audies quae diximus. Ne hoc quidem quid sit
fides sciunt, Aut non intelligunt, quae dicunt stultissimi
homines, aut sunt impudentissimi nebulones impu-
gnantes ueritatem agnitam, blasphemantes in Spiritum
sanctum.

Sola fide.

Et addunt in articulo octavo, calumniam sed ualde
frigidam & ridiculam apud eos, qui nouerunt doctri-
nam nostram, Sola, inquiunt, fide iustificatio obtineri
non potest sine poenitentia & proposito uiuendi secun-
dum mandata Dei, Quasi uero nos dicentes, Sola in Ch-
ristum fide iustificamur coram Deo, dicamus sine poen-
tentia fidem contigere nobis, aut fidem esse in filiis qui
nondum poenitentiam agunt, sed pergunt peccare &
obstinati esse in delictis suis, & in erroribus & blasphem-
ijs suis, ut hodie Papistæ, & non potius dicamus illud
quod Paulus in eodem loco Ro. iii. dicit, Sine lege, non
per opera legis, gratis, per gratiam, in sanguine Christi
&c. quae ipsi negant in scripturis haberi, et tamen te-
nent in manibus, & legunt apertam sententiam claris
uerbis contra sua mendacia & blasphemias. Sic enim ibi
dicit Spiritus sanctus in Paulo, Nunc absq; lege iusticia
Dei manifesta est, testimonium tamen habens in Lege
& Prophetis (isti dicunt, Non habet testimonium in scri-
pturis, & scripturæ huic aduersantur) Iusticia uero Det
per

SPIRITVS.

CCCCCXVI.

per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui erunt. Iustificantur autem Gratis, per illius gratiam, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem (thronum Gratiae, id est, propiciatorum, Heb: iiiij.) per fidem in ipsius sanguine, ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem praexistenter peccatorum, quae Deus tolerauit, ut ostenderet iustitiam suam in hoc tempore, ad hoc, ut ipse sit Iustus & Iustificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi igitur est gloria tua Domine Deiane cum tua facilitate Theologica exclusa est, Debet sustinere hanc exclusiuram Sola fide, Nam Paulus addit, Per quam Legem exclusa est. Operum Non, immo per legem fidei. Arbitramur igitur siue certo statuimus nos Apostoli Christi, fide iustificans hominem ab operibus legis, siue sit Iudeus siue Gentilis.

Et ne quis insulsus cauillator corrumpat hoc san-
ctum Pauli Euangelium, dicens, Paulus dicit, Absque o-
peribus legis, id est, sine circumcisione & ceremoniis, Cauiilius consi-
derat uerba
Pauli.
sacrificijs & alijs obleruantij legalibus. Non autem
uult intelligi, Absque operibus quae praeципiuntur in de-
cem praeceptis Legis, Quae interpretatio siue cauillatio
uerborum Pauli, est uetus Origenis commentum, & fa-
bula illorum, qui post Apostolos Euangelium Aposto-
licum de Christo non intellexerunt, quorum ineptias &
depravationem Augustinus damnat in libro de Litera
& Spiritu, Ne, inquam, aliquis ita depravet statam sensi-
tentiam Euangelii Apostolici, Fide iustificari hominem
absque operibus legis, addit Paulus cap. sequenti, exem-
plum de Abraham, qui ex sola fide iustificatus est, testis
monio scripture, Credidit Abraham Deo, & imputa-
vit ei ad iustificans, Ex sola fide, dico, quia non ex op-
eribus,

DE BLASPHEMIA

peritus suis iustificatus est Abraham apud Deum, sed ex fide, sicut & David dicit beatificationem siue iustificationem hominis, cui Deus imputat iusticiam absq[ue] operibus. Abraham obediens Deo, fecit multa bona opera, sed ex illis operibus nō est iustificat⁹ corā Deo, sed Sola fide, ut dicit scriptura, Quia nisi prius fuisset fide iustificatus non fecisset illa opera bona. Hic non posse sunt Sophistæ dicere, Abraham non est iustificatus ex operibus legis, circummissionis, ceremoniarum, sacrificiorum, & obseruationum legis, sed ex operibus moralibus. Nam moralia sunt quae faciebat, & illa nondum erant instituta a Deo &c. Lege totum caput quartum ad Romanos & quintum caput &c. quae sunt ualde aperta, et si adhuc illa aperta uerba nostri Euangelij in Paulo uelata sunt (ij. Corinth. iiiij.) in ijs qui pereunt uelata sunt, in quibus Deus huius saeculi excoecauit mentes infidelium, ne illucescat eis lumen Euangelij gloriae Christi, qui est imago Dei. Non enim nos ipsoꝝ prædicamus, sed Christum Iesum Dominum nostrum &c.

Dicimus uero ex Euangeliō Domini nostri Iesu Christi, quod sancti Apostoli prædicant, hominem iustificari coram Deo sola fide, id est, non operibus, ne quis glorietur &c. Ephe. ij. Non dicimus fidem nostram in Christum, esse solam, id est, sine poenitentia & operibus bonis, quemadmodum calumniantur & mentiuntur impudentes nebulones Theologi papistici contra suam conscientiam suo ipsorum iudicio condemnati. Dicunt enim deformantes nos coram hominibus. Iti Lutherani docent Solam fidem, hoc est, ut credas tantum, & nihil boni facias, scortari, immundum, & see arrogante inuidum, auarum, ut nos Papistæ sumus. Hoc dicunt te non

SPIRITVS.

CCCCXVII.

Non damnare, modo tantum credas. Domine Deus tu perdes omnes qui loquuntur mendacitū, Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Nos prædicamus penitentiam in nomine Iesu Christi. Non sic prædicant Papistæ poenitentiam, Simul enim prædicamus remissionem peccatorum in nomine Iesu Christi, quam remissionem Louanienses Theologi negant in scripturis haberi. Hoc didicimus ab Apostolis Christi, & a sancta matre nostra Ecclesia sponsa Christi, quæ hoc Evangelium ab Apostolis accepit, quemadmedium Christus dicit a resurrectione, Scripturas sanctas prædixisse (hoc Louanienses negant) quod oportet prædicari in nomine Christi poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes Gentes, incipiendo a Ierusalem. Ergo cum prædicamus hoc Evangelium, Sola in Christum fide iustificamur coram Deo, id est, accipimus remissionem peccatorum, & habemus bonam conscientiam & pacem erga Deum per Iesum Christum, cum, inquam, hoc prædicamus, confitemur cum gaudio & gratiarum actione, quod solus Christus filius Dei pro nobis uictima factus nostra est iustitia, nobis a patre ad hoc datus, i. Cor. i. &c. Hunc sola fide suscipimus, ut fiat noster. Iohan. i. Quotquot receperunt eum &c. Solus Iesus Christus, qui sola fide apprehenditur, est iusticia nostra, Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. Ideoq; omnia illa sublimia quæ de omnipotente fide prædicamus (ut Christus dicit, Omnia sunt possibilia credenti) prædicamus de filio Dei pro nobis in morte tradito, quem fides & sola fides suscipit. Si fide non suscipis filium Dei, nullo modo per aliud suscipes, nunquam Christus erit tuus. Christus est in fide nostra, ut incomparabilis gemma in annulo au-

Tetrig.

reō,

DE BLASPHEMIA

reō, ut ante quandoq; dixi. Post docemus etiam bona opera & cordis & externa erga Deum & proximum, quæ sunt nobis mandata in decem præceptis, quemadmodum docet Paulus bona opera Ephe. iiiij. v. vi.

Audi nunc Hypocrita mendax & homicida, Audi.
Cern senten- populus Gomorrhae de fide & bonis operibus, quod
tia de iusticia sola in Christum fide iustificamur, non operibus nostris
soliu in Chri- & meritis, siue cum fide, siue sine fide. Perspicue dicam.
stum fidei.

Bona opera non sunt in homine ante fidem, quia mala arbor non potest facere fructus bonos, tantum abest ut tunc hominem iustificare possint, quid enim iustificant quæ non sunt? Tunc homo est sub lege damnatus propter peccatum. Cum ergo uenit fides ex auditu, uel ex lectione Euangeli per Spiritum sanctum in hominem, nihil boni inuenit in homine, sed tantum peccatum terrens, & desperare faciens per iram Dei. Tunc homo, ne desperet & pereat, ut Cain, ut Saul, ut Iudas, fide apprehendit Christum filium Dei pro peccatis nostris mortuum, & Christus sola fide apprehensus, id est, fides in Christum, est illi homini resurrectio, sapientia, reconciliatio, iustitia siue remissio peccatorum, sanctificatio, consolatio, salus, redemptio & uita æterna, Quia Christus filius Dei ad hoc nobis perditis non certe bene meritum a patre datus est, ut sit nostra iusticia & mediator inter Deum & homines, quemadmodum ipse dicit duplex Exclusua. Nemo uenit ad Patrem, id est, omnes, homines sunt propter peccatum damnavi ad mortem, Nisi, tantum, solum per Me, non per aliud. Per solum Christum redimus ad Patrem, & liberamur ab ira Dei, id est, a iusta sententia irati iudicis, quem nemo nullus creature placare potest, nisi solus filius, quemadmodum

Pater:

SPIRITVS: CCCCCXVIII.

Pater dicit, Hic est filius meus dilectus, in quo Mihi bene complacuit, Ipsum audite. Ioh. i. dicit Iohannes Baptista, Lex quidem per Mosen data est, sed Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo uidit unquam, Vnigenitus uero filius, qui est in sinu Patris, ipse nobis enarrauit, Non potest a nobis Christus iustitia nostra suscipi ulla re, ulla operibus, nisi fide, ut sit iustitia nostra. Atq; hoc est quod dicimus, Sola in Christum fide nos iustificari coram Deo, id est, per Christum & propter Christum solum, quem non alia re aut opere, sed sola fide suscipimus, nos accipere remissionem peccatorum & uitam æternam.

Iam audi & certo intellige, quod Euangelium praedicat nos Sola in Christum fide iustificari, id est, non per opera, neq; cū fide, neq; sine fide, & quod impossibile est ut per opera & merita nostra iustificemur coram DEO, non solum quod iustificatio Dei est gratuita remissio peccatorum per solum & propter solum Iesum Christum, quemadmodum dixit Christus. Non habentibus unde redderent donavit utriscq; uter eum postea plus diligit: sed etiam propter hæc quæ nunc dico. Paulus Rom. iiiij. (quem locum Louanienses tenent in manib; & legunt, ut uides in articulo eorum octavo) dicit. Omnes peccauerunt, id est, omnes homines sunt damnati & peccatores & uacant gloria Dei, iustificantur autem Gratias per illum Gratiam, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliationem per fidem in sanguine eius &c. ut Ipse sit iustus & iustificans qui est ex filio de Iesu. Satis aperta uerba sunt. Et Rom. v. dicit, Commendat nobis Deus suam erga nos charitatem, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est,

DE BLASPHEMIA

est. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, fere
uabimur per eum ab ira. Nam si cum inimici essemus reo
conciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis
reconciliati seruabimur per uitam eius. Et exponit Rom.
ij. dicens, Ex operibus legis non iustificabitur omnis ~~cas~~
ro in conspectu Dei, Quoniam, ut scriptum est, Non est
iustus ne unus quidem, non est qui intelligat, non est qui
requirat Deum, Omnes declinaverunt, simul inutiles fa-
cti sunt, non est alius qui faciat bonum ne un⁹ quidem,
non est timor Dei ante oculos eorum &c. Hæc sunt ope-
ra & merita pessima in omnibus hominibus ante fidem
sive ante fidei iustificationem, quemadmodum dicit, Om-
nes peccauerunt & uacant gloria D E I. Iustificantur autem
Gratis &c. id est, sine operibus & meritis. Quia fides
ueniens inuenit in nobis opera & merita damnationis,
Reuelatur enim in Euangelio ira de coelo super omnem
impietatem & iniusticiam hominum &c. quæ est prædi-
catio poenitentiae, Et apprehendit fides, Christum filium
Dei a patre in Euangelio oblatum, qui est iustitia nostra
& reconciliatio coram Deo, Ita sit ut fide, quæ sola appre-
hendit filium Dei, iustificemur & habeamus placatum pa-
trem in cœlis, & impossibile sit, ut nos peccatores, impij
& inimici Dei (ut dicitur Rom.v.) iustificemur ex opes-
ribus & meritis nostris bonis, quia ante fidem non sunt
illa in nobis nec esse posunt, etiam si quis sibi uideretur
sanctus per sua opera & probatam hominibus uitam, ut
fuit ille Phariseus qui dixit, Gratias ago tibi Deus, quia
non sum sicut ceteri &c. Lii. xviiij. ubi uides in publicano
exemplum iustificationis per solam fidem, quæ apprehe-
dit misericordiam Dei, id est, Christum promissum, non
respexit in opera sua quæ erant mala, non potuit confide-
re in semetipso, ut Pharisei confidebant, Ideo Christus,

pronunciat:

SPIRITVS. CCCCCXIX.

pronunciat ibi, Descendit hic iustificatus in domum suam præ illo.

Habes itaq; primum, quod Sola in Christum fide iustificamur coram Deo non ex operibus nostris bonis, & quod impossibile est peccatorem damnatum per opera coram Deo iustificari, quia bona opera ante iustificationem ibi ut non sunt, ita nec esse possunt. Qui iustifica ret & uiuificaret quod non est, ut non dicam, quod per opera querere ut iustificeris coram Deo, esset non pietas & cultus DEI sed uera idolatria, ut apud Phariseos, qui confidebant in se met ipsos (non in solam Dei misericordiam) tanquam iusti, quemadmodum & Papistæ Sacrificali & Monachi confidunt in suis operibus, iusticijs, cultibus fictis, uotis & falsis religionibus, primum quod per ea satisfacere uolunt pro peccatis, Deinde quod per ea uolunt mereri uitam æternam, & interim negant hominem accipere remissionem peccatorum et uitam æternam propter Christum, ut uides in articulis Louaniensium.

Porro iustificati per fidem, ut Abraham fuit iustificatus, faciunt postea in tempore suo multa bona opera a patre ipsis mandata, ut Abraham iustificatus fecit multa bona opera obediens Deo patri, ita ut etiam occidere uox Iterit DEO filium unigenitum dilectum Isaac, propter mandatum Dei, Quia fides iustificationis DEI, non est res mortua in nobis, sed est Christus filius Dei uiui in fide nostra, uinens & regnans per Spiritum sanctum iusticia & uita æterna, Ideo arbor bona producit fructum bonum in tempore suo, Psal. 1, ut Paulus dicit, fides per dilectionem operatur, id est, facit opera dilectionis, ex quo fructu cognoscatur arbor, ut antea sœpe & clarissime dixi, Hic uerum attende, quod sicut ante fidem bona opera iustificare

Tttttt iii,

ficare

DE BLASPHEMIA

ficare non posunt, quia non sunt, ita post fidem, uere bona opera quae operatur fides per dilectionem fructum fidei (unde cognoscuntur Christiani, ut dicit Christus) iustificare coram Deo non posunt, quia iustificatio iam ante facta est, id quod & Augustinus sic dicit, in libro de fide & operibus cap. xxi. Christianus fidem Christi habet, non sine operibus mortuam, quae etiam in dæmonibus inuenitur, sed fidem Gratiae que per dilectionem operatur, & cap. xiiii. Opera legis sequuntur iustificatum non præcedunt iustificandum, &c. quæ & ante diximus. Res linquuntur ergo in medio, quod Sola in Christum fide iustificamur coram Deo, id est, per solum Christum & propter solum Christum, quem sola fide suscipimus siue apprehendimus, nos damnati peccatores, accipimus remissionem peccatorum & uitam æternam, Louanienses Theologi negant se ita accepisse remissionem peccatorum & uitam æternam, nec se ita accipere posse unquam fatentur, quod hoc sit contra scripturas, Ergo ipsi manent adhuc in peccatis suis damnati, & oderunt, calumniantur, blasphemant, persequuntur Christum filium Dei in nobis fide susceptum, ut compleant peccata sua semper, ut habent iudicem, quem nolunt per Euangelium suscipere salvatorem.

Quid potuit clarius dici de iusticia fidei Christianæ? Prædicamus itaq; Euangelium Christi, Sola in Christum, fide iustificamur coram Deo, id est, Solus Christus, quem sola fide suscipimus est iustitia nostra coram Deo, Non inuenio in me, hoc est, in carne mea bonum, in Christo inuenio & apprehendo omnia bona & patrem in cœlis. Non docemus, Fidem hanc in Christum esse aut manere solam, id est, sine operibus bonis, quasi nihil tibi noceat si horrende peccare perrexeris, modo tantum credas, quem admodum

SPIRITVS. CCCCX.

modum mentiuntur & blasphemant & calumniantur
nostrum bonum Euangeliū hostes ueritatis.

Quid ergo creditis uos Theologi Louanienses? fides & arti
quæ est fides Christiana? creditis ne in Iesum Christum culi fidei Lo-
filium Dei pro nobis crucifixum? Hic respondebant tis uianiem
bi fidem historicam de persona Christi & de gestis eius, Theologorū,
quam supra diximus, Quibus si dixeris, Non satis est, Credere in
quemadmodum etiam uos ex Magistro sententiarum Christum.
& uerbis Augustini docetis, credere Christum, credere
de Christo, & credere Christo, nisi etiam credas in Chri-
stum, id est, confidas in Christum, quod per Christum &
propter Christum habes remissionem peccatorum, es
filius Dei & haeres uitæ æternæ, & in angustia tua au-
des per Spiritum sanctum inuocare & petere patrem in
nomine Iesu, quicquid uolueris, haec fiducia, quod certo
accipies quæ postulas, & pergis & creseis perpetuo in
cognitione domini nostri Iesu Christi usq; ad perfectum
diem, id est, usq; ad futuram uitam, & filius Dei per fi-
dem in Christum factus, posteā obediens patris mandatis
& facis multa bona opera, quæ certo leis patri placere,
quemadmodum Christus dicit, Ego posui uos ut eatis
& fructum afferatis, & fructus uester maneat. Sic Abra-
ham credit primum in spem præter spem, & posteā obe-
diuit Dei patris mandato. Sic filij Abraham sunt, qui cre-
dunt ut Abraham, & filij Dei obediunt patri, ut Abra-
ham, facientes multa bona a patre mandata. Id quod Ch-
ristus Iudæis sic dicit Ioh. viii. Si filij Abraham estis ope-
ra Abraham facite, id est, credite in Christum, & obediēte
patri Deo. Abraham exultauit ut uidaret diem meum,
uidit & gauisus est, id est, Abraham credidit in Chri-
stum &c. Hæc est fides Christiana, hoc est uere credere
Opera Abra-
ham facies

Tttttt iiiij in

DE BLASPHEMIA

In Christum, Hæc fides est remissio peccatorum & uita æterna per Christum & propter Christum, quem fides apprehendit, Hic Euangelium est Dei potentia ad salutem omni credenti, quemadmodum Christus dixit ad coecum natum, sed illuminatum, Tu credis in filium Dei? Quis est, Domine, ut credam in eum? Et uidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Credo Domine, & adorauit eum,

Creditis uos Louanienses Theologi, ita in Iesum Christum filium Dei? Respondebunt indignati, Quid hic haereticus nos urget, Nos quidem credimus & non sumus infideles Turcæ, sed tu non debes firma & certa fide credere, quod propter Christum accipis remissionem peccatorum & uitam æternam, Si hoc confessus fueris, damnabimus & occidemus te, quia nos sumus hostes illius Christi, qui per sanguinem suum remittit & abluit peccata, & donat uitam æternam, & negamus scripturas hoc testificari, & asserimus nostra autoritate & sapientia scripturas isti fidei aduersari, Si uero pergis, Creditis ne Christum filium Dei mortuum pro uobis? Non audebunt dicere, Non, sed trepide respondebunt, Credimus etiam pro nobis mortuum, Sed quid prodest uobis, si non accipitis propter eum remissionem peccatorum & uitam æternam? Hic negabunt quod dixerunt, pro nobis, dicentes, Nemo debet credere se propter Christum accipere remissionem peccatorum & uitam æternam.

Negant Iesum
esse Christum

Vides quod isti Louanienses Theologi sub nomine Christi negant Iesum esse Christum, ut dicit Iohannes in Epistola, id est, negant Iesum esse illum sacerdotem æternum, mediatorem, reconciliatorem, qui semetipsum in cruce patri pro nobis sacrificauit in odore suavitatis

SPIRITVS. CCCCCXXI.

tis, ut nos a peccatis & morte redimeret, quem Deus in scripturis sanctis in Mose & Prophetis promisit, & in hoc Euangelio statim a lapsu Adae nobis tradidit. Semen mulieris conteret caput Serpentis. Negant enim in scripturis hoc Euangelium esse, quod propter Christum nobis remittuntur nobis peccata, & donatur nobis uita æterna, ut maneant non credentes in Christum in peccatis suis & in morte æterna. Quia non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo nos oportet saluos fieri.

Habes ex Louaniensium articulis, quæ sit fides Papistarum, quod omnia credunt quidem de Christo, quæ & Dæmones credunt, ut etiam ipsi fatentur ex Epistola Iacobi, sed non credunt in Christum, quod per Christum & propter Christum accipiunt remissionem peccatorum & uitam æternam, quibus frustra filius Dei saecerdos æternus mortuus est.

Huic suæ fidei addunt articulos fidei, qui firmiter & indubitate fidei credendi sunt. Credendum est, inquit, septem esse Ecclesiæ Sacra menta a Christo instituta. In quibus etiam recensent matrimonium, id quod miseris, quod tamen ut immundum Sacrificuli sibi ut singulariter sanctis prohibuerunt uotis monasticis & iuramentis, dicentes, Mundamini qui fertis uasa Domini, id est, nolite uos Sacrificuli ducere uxores, Risum teneatis amici. Et addunt, Per quod coniugium, quamvis exter num & corporale signum, Deus inuisibiliter siue per bonos, siue per malos ministros nostram salutem operatur, Mira audio de matrimonio, quæ nobis coniugibus suscipienda uidentur, ut bonum Omen, quæ populo Sandomorum sacrificulis nihil prosunt, Nam de numero Sa

Vuuuuu cramen.

DE BLASPHEMIA

eramentorum non uolo contendere cum negatoribus Christi. Quando uero sibi, secundum doctrinas Dœmoniorum, prohibuerunt uotis & iuramentis coniugium a Deo creatum, institutum, benedictum, sepe mali ministri uisibiliter, non Deus inuisibiliter, operati sunt in alieno coniugio, non hominum salutem, sed Satanæ fœditatem, qui non iudicant se uoti reos & periuros fieri cum polluantur immundicijs, sed si aliquis ex eis suscepserit coniugium a Deo creatum & ordinatum illum iudicant fieri periurum, homines sunt qui defecerunt a fide ad doctrinas Dœmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium &c.

Item dicunt, Satisfactio est persolutio poenæ, plerunque adhuc debitæ, remissa iam culpa. In quo uides eos habere remissionem peccatorum sine Christo, per suas tres poenitentiae suæ partes, ut supra diximus. Nam nesciant propter Christum nos habere remissionem peccatorum & uitam æternam, Ficta ergo res est & in hypocrisi mendacium, quod dicunt, Remissa iam culpa.

Item, Certa, inquit, fide tenendū est hominē, habere liberum arbitriū, sed non est firma fide tenendum, quod homo propter Christum accipit remissionem peccatorum & uitam æternam, Egregium scilicet. Cur ipsi non puniunt Papistas libero arbitrio impune peccantes, Nam contra tales instituit Deus ius & potestatem gladij. Nunc autem ipsi abutuntur potestate gladij contra innoxium sanguinem, contra sanctos Christi confessores, contra bonos homines, qui nihil in Cæsarem, id est, potestatem a Deo ordinatam peccant, immo quos Deus adiuvat per gratiam, ut bene faciant (id quod isti uocant liberum arbitrium, quod ipsi non habent obstinati in errore).

Liberum arbitriū.
bitriū.

SPIRITVS. CCCCCXXII.

In erroribus & prauis doctrinis, blasphemis & peccatis suis) immo Spiritus sanctus est in creditibus effector honorum operum, quemadmodum Paulus dicit, Spiritus concupiscit aduersus carnem &c. Si Spiritus facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Deus operatur in uobis & uelle & perficere pro sua erga nos bona uoluntate.

Sed uideamus plures articulos fidei eorum, ut transseamus ineptias eorum in articulo duodecimo, de confirmatione quam non norunt, & de extrema unctione quam non intuidemus eis, & turpem dubitationem, quam factis uerbis & fucatis docent in articulo decimo. De re aliqua operum hypocrisi nolo contra eos contendere, postquam satis docui ante de ueritate bonorum operum ex sacra scriptura, siue ex certo uerbo Dei.

Non, inquiunt, est laicis necessaria ad salutem, communio sub utraque specie, id est, o bone lector, institutio Christi filij Dei nihil est, sed quod nos sacrificuli uolumus, hoc esto omnia. Non debetis audire Christum, sed nos blasphemos & homicidas. Habes egregium articulum fidei ipsorum. Ecclesia est sponsa Christi, quae obediens Christo, suscepit institutionem Christi ab Apostolis, qui dicunt, Ego accepi a Domino quod & tradidi uobis &c. non moratur uestras contrarias institutiones, quae sunt Antichristi, non Christi.

Calix Domini prohibitus nobis a Papistis.

Item dicunt, Sacrificio Missæ C Ite Missa est, nihil Missalis ab eo aliud est, ex institutione Christi tam uiuis prodest quam minatio defunctis, Vbi? In Carnis priuio, Pertinet & hoc ad prædicta Antichristiana mendacia, contra sanctam Domini Cœnam Domini a Christo institutam, ubi editur uerum corpus Christi, & bibitur uerus sanguis Christi in Christi com-

Vuuuu ij memoras

DE BLASPHEMIA

memorationem, id est, ut prædicetur, quod Christus pro
peccatis nostris tradidit corp^o suū in mortem, & sanguī
nem suum noui Testamenti, id est, remissionis peccato-
torum nostrorum, quemadmodum in Cœna sua Chri-
stus aperte dicit. Hoc sacrificium & libamen semel per
Christum in cruce sacrificatum & oblatum patri pro no-
bis redimendis, & nunquam amplius sacrificandum,
quod fideles in Christo Reges & Sacerdotes, id est, ueri
Christianī, nunc in sacratissima coena Domini edunt &
bibunt in Christi commemorationem, donec ipse ueniat,
id est, usq^{ue} ad extreum diem, ut ait Paulus, conatus
est Antichristus Romanus suis furtis, id est, mendaci-
bus, contra Christi institutionem doctrinis ab Ecclesia
sponsa Christi auferre, & deinde ui & armis per tyra-
nidem, ut uides in Concilio Constantiensi, eandem Ec-
clesiam Christi a suauissimo & consolatione Spiritus
sancti pleno Christi conuiuio abarcere, Sed sit Christo
gratia, Vbicunq^{ue} fuerit corpus, illuc congregabuntur &
Aquila. Oportet Christianos in hac diuina Christi cœ-
na edere corpus Domini & bibere eius sanguinem, &
annunciare mortem Domini, donec Christus ueniat, se-
cundum Christi institutionem contra institutionem &
prohibitionem Antichristi, Ipsi uocauerunt Missam, ut
ignoto uocabulo hanc rem diuinam & Euangelij conso-
lationem nobis obscurarent. Cœna dominica est, quam
& mensam Domini dicit Paulus, communicationem
corporis Christi, & participationem sanguinis Christi,
Calicem Domini, Iohannes in Epistola dicit, Sanguis
nem esse tertium testem in Ecclesia Sanctorum, contra
insanam prohibitionem calicis Christi, Sanguinem, di-
cit, quod in cœna dominica est commemoratio mortis
Christi, id est, prædicatio & gratiarum actio, quod suum
corpus,

Sacrificium
Christi.

SPIRITVS. CCCCCXXXIII.

corpus Christus pro nobis tradidit in mortem, quod ibi edimus, & sanguinem suum pro nobis effudit in remissionem peccatorum nostrorum quem ibi bibimus, id quod habent uerba institutionis Christi, a quibus non licet nobis discedere, multo minus aliud ex eis facere contra Christi institutionem, Furijs ergo suis ferantur AntiChristiani contra institutionem Christi, Christus suam coenam seruabit Ecclesiae suae donec ueniat,

Item dicunt, Solis sacerdotibus secundum Ecclesiae ritum ordinatis data est a Christo potestas consecrandi uerum corpus Christi & sanguinem. Solos Sacerdotes dicunt suos Sacrificulos, propter sacrificia Missalia pro uis & defunctis ad hoc excogitata, ut ipsi magni fierent, & ut obscuraretur Euangelium Christi & coena Domini ca præ illa pompa mendacium sacrificiorum. Christus ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit do^{nauit}na hominibus apostolos, euangelistas, Prophetas, doctores, Pastores, ad instaurationem Sanctorum, in opus ad^{sue ministros} ministracionis, in edificationem corporis Christi etc. Eph. iiiij. Illos rite ordinauit Christus iam immortalis a resurrectione sua non rasura & unctura, sed hoc mandato. Ite in mundum uniuersum, & praedicate Euangelium omni creature, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Ministros & doctores uerbi & Euangelij rite ordinauit hoc mandato Christus, deditq; eis ex coelis Spiritum sanctum ueram unctionem, & misit in mundum non Missare sed Euangelizare, Christus Missatores non agnoscit, praedicatores autem & doctores Euangelij dedit sponsa^{tur} Ecclesiae in ministerium, Ideo Ecclesia Christi in quolibet loco congregata habet potestatem a Christo sponso suo eligendi ministros uerbi, qui in nouo testamento uocan-

V u u u u i j tur præsby-

DE BLASPHEMIA

tur præsbyteri, apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Docto^res, Pastores, Prædicatores, Episcopi, Præpositi, qui omnes sunt Scripturæ sanctæ tractatores & Euangelij ministri, non sunt Missarij Sacrificuli. Hos electos Ecclesia rite ordinat, id est, publice mandat eis ministerium uerbi & Sacramentorum cum oratione & manuum impositione, ut uides hunc ritum Ecclesiæ, in Act. Apostolorum, ab Apostolis & alijs Christi discipulis, qui fuerunt Ecclesia primitiua, obseruari.

Sed caue hypocrisin Louaniensium Theologorum, de hoc sancto ritu uere Ecclesiæ non loquuntur, sed potius de suis laruis rasis & ridicule uncis, Christus est æterⁿ Sacerdos mediator inter Deum et homines absq; Papisti^{ca} unctione et rasura. Quando quoq; Christus rasit capita & unxit manus suorum prædicatorum quos misit in mundum, non ad Missandum, sed ad prædicandum Euangeliū? Quando instituit rasuras & unctiones papales? Certe Christus non instituit neq; misit in mundum Missarios Sacrificulos, qui hodie gloriantur, propter suas rasuras & unctiones, se accepisse potestatem a Christo confiendi, id est, faciendi corpus & sanguinem Christi, Horrendum, uel consecrandi, id est, sanctificandi corpus & sanguinem Christi, quod æque horrendum est Christianis, quasi corpus & sanguis Christi non sint sancta uel sacra. Sed ipsi luserunt hactenus his uocabulis, Nos conficiimus, nos consecramus corpus & sanguinem Christi, & nulla creatura neq; in celo neq; in terra habet potestatem faciendi & sacrandi sive sanctificandi corpus Christi, nisi nos Sacrificuli Missarij propter nostras rasuras & unctiones.

Quos si interrogaueris, Vnde uenistis? Quando misit

SPIRITVS. CCCCCXXIII.

do misit uos Christus & dedit Ecclesiæ suę? Quando de-
dit uobis hanc potestatem? non audeo blasphemare, ut
dicam potestatem faciendi corpus Christi aut sacrandi si-
ue consecrandi sanguinem Christi. Miseri homines, quid
superbitis? quid insanitis? Apostoli acceperunt a Chri-
sto coenam sacratissimam. Et Ecclesia Christi accepit eam
ab Apostolis, quemadmodum Paulus dicit, Ego accepi a
Domino quod & tradidi uobis, quod Dominus Iesus, in
qua nocte tradebatur, accepit panem, gratias agens &c.
Prohet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat et de
calice bibat. Si homo non significat ibi Sacrificulum Mis-
sarium tantum & non etiam laicūm hominem, Paulus est
papistis hæreticus, sed certe Paulus nouit homines, non
nouit istos Missarios Sacrificulos, &c.

Vera autem Ecclesia, ab Apostolis usq; ad nos, sem-
per confessa est de coena Dominica. Sermone Christi hoc
conficitur Sacramentum, id quod ex uerbis Ambrosij ip-
si etiam retulerunt in decreta papæ, & in Magistrum Sen-
tentiarum. Sermo uel uerbum Christi, est non solum, hoc
est corpus meum, ut disputatione num Enim sit addendum,
sed tota Christi institutio, quam Paulus dicit se a Domi-
no Christo accepisse & tradidisse Ecclesiæ Dei uiuentis,
sic Dominus noster Iesus Christus in ea nocte qua trades-
batur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit. Ac-
cipite comedite. Hoc est corpus meum quod pro uobis
frangitur. Hoc facite in mei commemorationem. Simili-
ter & calicem &c.

Hæc institutio Christi recitatatur a ministro Eccle-
siæ Dei in coena Domini, & non dubitat Ecclesia Christi,
Christum adesse suę institutioni & mandato. Quia aus-

Vuuuuu iiiij dit ibi

DE BLASPHEMIA

dit ibi Christum loquentem. Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, Non sunt ibi uerba Sacrificuli aut corpus Sacrificuli, quemadmodum pergit Ambrosius dicens. Per uerbum, per quod omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, est in coena Domini uerum corpus Christi ad edendum, & uerus sanguis Christi ad bibendum in Christi commemorationem. Et addit Ambrosius mirabilia per uerbum & mandatum Dei facta, quibus ista confirmat. Sed nostri Papistae ut sunt hostes Euangelij gloriae Dei, ita haec non intelligunt. Cæci sunt & duces cæcorum, Rasa capita & uncæ manus hic nihil sunt. Institutio Christi in coena Dominica est omnia, Ibi nos Christiani credimus quæ Christus dicit, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis effunditur in remissionem peccatorum. Et facimus quæ Christus iubet. Accipite, comedite, Bibite ex hoc omnes. Hoc facite in mei commemorationem. Hic est Sermo & haec est institutio Christi, non debemus aliter agere in coena Dominica, Non audis hic Sacrificiorum Papæ Sacrificia, Christus ipse ibi tradidit nobis suo uerbo per manum presbyteri siue ministri suum corpus & sanguinem, Sicut per ministrum Christus prædicat Euangelium suum, Non enim est nostrum Euangeliū quod prædicam⁹, sed Christi quemadmodū Paulus dicit, Non prædicamus nos ipsos sed Christum crucifixum. Ita debet coena Dominica permanere in Ecclesia Christi donec ueniat Ipse, uel in uitio portis inferorum.

Cathedra p^a
palis quam
Petri dicunt.

Præterea in uigesimo primo articulo fidei ipsorum, In xxij, xxiiij, xxvij, xxv, & xxvi. postquam negauerunt in scripturis esse, quod propter Christum accipimus remissionem peccatorum & uitam æternam, mirum quoniam

tum

tum chaos producant traditionum humanarum ex sua Petri cathedra, id est, ex Romana impostura, extra quam nulli dicunt sperandam esse salutem, & certa fide tenendum esse, quicquid de fide & religione tradidit, tradit & traditura est cathedra Petri, super quam (inquit) ita Ecclesia a Christo suo sposo est ædificata, ut in his quæ fidei sunt & religionis errare nō possit. Vbi hoc scriptum est de cathedra Petri? Vbi est cathedra Petri? ut uideamus Petrum incidentem regem regum & Dominum, Dominorum, cui omnes sint subiecti qui uolunt salvi fieri, Vbi obsecro? In doctrinis dæmoniorum, non in doctrina Petri, quæ longe alia est, ut uides in concionibus Petri in Act. Apostolorum, & in Epistolis eius. Si uero certior fieri cupiens interrogaueris eos. Quæ, obsecro, sunt fidei & religionis, ut sciam in quibus cathedra Petri errare non possit. Nam totus mundus clamat contra errores Papistarum, & ubiq; pessime uiuunt maxime Romæ? Respondent in articulis suis. Certa fide tenenda sunt, non solum quæ scripturis expræsse sunt prodita, sed etiam quæ per traditionem Ecclesiae Catholicae (id est, cathedra Romanae ut sequitur) credenda accepimus, & quæ definita sunt super fidei & morum negotijs (de præbendis & dignitatibus, de maiestate & obedientia, ut simus capita super omnes & omnia) per cathedram Petri, uel per Concilia generalia legitime congregata, Nec solum (ut ante audisti) illa sunt certa fide tenenda, quæ hactenus cathedra Petri, id est, Papa Romanus Dominus omnium, ut gloriatur, tradidit, sed etiam quæ nunc tradit & posthac traditura est.

Bone Deus, quando erit finis traditorum istorum? Nunquam eris certus de articulis fidei ipsorum, qui docent Christianum oportere dubitare, Nam ut suscepis

Xxxxxx omnia

DE BLASPHEMIA

omnia quæ ipsi tradiderunt, id quod fuerit impossibile,
quæ Papa ipse cum suis Sacrificulis & Monachis non ser-
uat neq; seruare vult, tamen quotidie tibi sunt expectan-
di noui fidei illorum articuli, quos sibi reseruat Papa Ro-
manus in scrinio pectoris sui, ut euomat quicquid libuerit
quoties uisum fuerit, Sic opprimitur uerbum & Euange-
lium Dei, & Ecclesia sponsa Christi distrahitur in sectas
perditionis per infinitas traditiones hominum, qui defes-
cerunt a fide ad doctrinas dæmoniorum i. Timoth. iiiij.
Quemadmodum Daniel de AntiChristo prædixit, Rex
faciet quicquid uoluerit (non curabit leges & uerbum
Dei, non faciet quod debuerit) Exaltabit & magnifica-
bit se contra omne quod Deus est, Et contra Deum Deo-
rum horrende blasphemabit, Et hoc prospere succedet ei,
donec compleatur ira, Siquidem definitum est, quam diu
hoc sit duraturum &c, Et Paulus, Reuelabitur homo pec-
cati &c, ij. Tessa. ij,

Quando ece-
perit Anti-
Christi re-
gnū in papa.

Post mortem Gregorij magni, circa ortum Maios
meti, Bonifacius Tertius, contentione & importunitate
sue improbitate multa impetravit a Foca Cæsare homi-
cida (qui occiderat Mauritium imperatorem) ut esset
œcumenicus & summus Episcopus super omnes Ecclesi-
as quæ sunt in Imperio Romano, Certe non accepit a
Christo, ut mentiuntur Cathedrales Theologi adulatores
Papæ, Postea tractarunt perpetuo pontifices Romani
maiora, donec præsumerent diabolica superbia & gloria-
rentur, quod Papa habet potestatem in celo & in terra,
super Cæsares, reges, omnes homines, super leges, Iura,
iudicia, super scripturam sacram, uerbum Dei & Euange-
lium, sit Magister omnium, quem omnes audire teneantur,
non solum in ijs quæ tradidit, sed etiam in ijs quæ tra-
dit &c.

SPIRITVS. CGCCCXXVI.

dit & quæ traditurus est; Posit ligare nouis legibus conscientias hominum & rursum soluere siue dispensare pecunia &c. ut uideas, quod Paulus prædixit, AntiChristum sedere in Templo Dei, ostentantem se tanquam sit Deus &c. qui nunc reuelatur per Euangelium Christi, unde reliqua secutura certo credimus & speramus, quæ Paulus ibidem addit & Daniel prædictit, Hactenus res gnauit in templo Dei, id est, in Ecclesia Christi, et non fuit cognitus, existimabamus eum esse Vicarium Christi, tandem semper ei contradictum est quantum licuit prætyrannide eius, Nunc autem Luce Euangeli proditur esse AntiChristus, & ipse se prodit, per hoc, quod damnat Euangelium Christi & occidit sanctos Christi confessores, calumniatur & peruerit scripturas, negat scripturas testificari de iusticia & uita æterna per Christum & propter Christum, pro quo docet & singit nobis potius opera nostra quæcumque ipse uoluerit, primum satisfactoria pro peccatis, Deinde meritoria æternæ uitæ, ne propter Christum accipias remissionem peccatorum & uitam eternam, quia AntiChristus hanc gloriam Christi in Ecclesia Sanctorum non sustinet.

Vides quam Cathedram Petri nobis confirmant
 Louanienses in hac tanta Euangeli luce, Non sic Augustinus loqui solet descriptis Doctorum & de concilijs, quæ dicit adhibenda esse ad Sacram scripturam, si quid inuenitur Scripturis contrarium, non illis scriptis aut concilijs esse credendum, sed Scripturis, id est, Deo, sunt enim Sacrae scripturae uerbum Dei. Sed quid Augustinum dico? Deus ipse clamat in omnibus Prophetis & Apostolis. Audite uocem meam, Pater de Filio, Hunc audite, Moses, Qui Prophetam illum non audie-

Xxxxxx ij rit

DE BLASPHEMIA

tit, Ego ultior existam, dicit Dominus, Christus, Ques-
meæ uocem meam audient, & ego uitam æternam do
eis, & nemo rapiet eas de manu mea, ne Antichristus
quidem cum sua tyrannide & Dœmoniorum doctrinis;
Petrus ille uerus Christi Apostolus, non ille factus Ro-
manus Papa, clamat & testificatur contra illam factam
Petri Cathedram, i. Pet. iiiij. Si quis loquitur, loquatur
ut sermones Dei, & ij. Pet. i. Non arte compositas fa-
bulas secuti, notam uobis fecimus Domini nostri Iesu
Christi uirtutem & aduentum, Et habemus firmum ser-
monem Propheticum, cui attendentes, ceu lucernæ lus-
centi in caliginoso loco, benefacitis, donec dies illu-
scat, & Lucifer exoriatur in cordibus uestris. Si illud
prius noueritis, quod omnis prophetica scriptura non
est priuatæ interpretationis (in scrinio pectoris Papalis)
Non enim uoluntate hominis (quid arrogat sibi homo
peccatis) allata est ante prophetia, sed a Spiritu sancto
inspirati locutis sunt sancti Dei homines. Fuerunt ante
& pseudoprophetæ in populo, quemadmodum & inter-
uos erunt falsi Doctores, qui clam inducent sectas per-
ditionis, etiam Dominum, qui illos mercatus est abne-
gantes &c. Cur Papistæ, qui Concilia iactant, damnant
primum & summū illud concilium Apostolorum, Act.
xv. in quo uere aderat Spiritus sanctus testificans de
Christo, ubi Petrus non ex Cathedra Romana pronun-
ciat ita. Qui nouit corda Dei testimonium præbuit
gentibus in domo Cornelij, dans illis Spiritum sanctum
sicut & nobis Iudeis, nihilq; discreuit inter nos & illos,
Fide purificans uel iustificans corda eorum, Nunc ergo
quid tentatis D E V M, ut imponatur iugum super
ceruices discipulorum, quod neq; Patres nostri, neq;
nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri
Iesu

SPIRITVS. CCCCCXXVII.

Iesu Christi credimus nos saluos fieri, queadmodum & illi. Et Paulus & Barnabas confirmant sententiam Petri, Iacobus autem siue Apostolus, siue Episcopus Hierosolymorum ut putatur, etiam scripturas Prophetarum dicit testimonium reddere & confirmare Petri sententiam, longe aliter quam aliis quispam Iacobus hactenus Ecclesiæ Christi ignotus, id est, de quo semper dubitatum est, quis aut qualis fuerit, postea scripsit de fide, quam etiam Dœmones habent, Tu credis quod Deus est unus &c. De fide in Christum agitur in Concilio Apostolorum.

Cathedra Papalis hodie tradit & statuit Euangeliæ Antichristus um Christi de remissione peccatorum & uita æterna uere scipsum propter Christum esse hæreticum & damnandum, & perdit, qui hoc confitentur & docēt esse occidendos. Hoc confirmat Theologi Louanienses, Hos articulos fidei, quos nunc ita tradit Papalis Cathedra, oportet te etiam credere, si uis esse bonus Antichristianus, nisi uelis a Papa occidi, ut bonus Christianus.

Summa articulorum fidei Louaniensium Theologorum & Cathedræ Papalis, quemadmodum uides in apertis ipsorum uerbis, Certa fide tenenda sunt quæ Louaniensium. cunq; tradidit & tradit, & traditur a est Cathedra Papalis, Habes mare traditionum humanarum factos cultus & falsas religiones, doctrinas Dœmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, somnia Theologorum, idolatrias operum, infinitas obseruantias & regulas Monachorum, nundinationes Missarum & indulgentiarum &c. Hæc omnia iam tradita & posthac tradenda, quæ nondum nosti, certa fide tibi credenda sunt, sed nullo modo credere debes & certo statuere, quod propter

Xxxxxx iii. Christum.

DE BLASPHEMIA

Christum accipis remissionem peccatorum & uitam æternam. Si enim hoc confessus fueris, damnabimus & occidemus te ut hæreticum, quia hoc non habet in scripturis testimonium, & scripturæ ei aduersantur. Quod Papa noster est Dominus omnium, & omnia habet sub pedibus suis, hoc est in scripturis, quemadmodum Papa cum calcaret Venetijs collum Friderici Barbarossæ Cæsaris, honorans Maiestatem, & dans Cæsari quæ sunt Cæsaris, diabolica arrogantia, dixit, Super alpidem & basiliscum ambulabis.

Præterea nostri Antichristiani Sacrificuli sub nomine Christi non solum regnant in templo Dei, id est, Ecclesia Sanctorum in hac uita, sed etiam cum suo ficto Purgatorio post hanc uitam. Sic enim aiunt in articulis suis, Firmiter credendum est, post hanc uitam purgatorium esse animarum, in quo soluitur poena peccatis adhuc debita. Contra dicit Christus, Non habentibus unde redderent, donauit utrisque. Tamen ualde prodest illud purgatorium pinguibus uentribus, propter bona opera & indulgentias ipsorum. Hoc tibi certa fide tenendum præcipiunt, sed non debes certa fide firmiter credere, immo nullo modo debes credere, quod propter Christum accipis remissionem peccatorum & uitam æternam, Veh Sodomis.

Vota monastica
ca. et iuramen-
ta Sacrificulo
rum.

In fine probant uota monastica & iuramenta Sacrificulorum. Sed si uultis audire, breuiter dicam, Per uestra uota & iuramenta defecistis a uoto & iuramento baptismi ad doctrinas demoniorū, sic enim uocat Paulus doctrinas & traditiones et mādata hominū in religione. In baptismo enim uouistis & iurastis uotum prīmi precepti, id est, confensi estis fidem uestram contra Diabolum & om̄

SPIRITVS. CCCCCXXVIII.

¶ Omnia facta & doctrinas eius, dicentes, Abrenuncio
 Diabolo & omnibus seductionibus eius, Credo in Deum patrem, Credo in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, pro nobis in mortem traditum, Volum primum
 Credo in Spiritum sanctum, Credo fidelitatem Ecclesiam preceptum in
 Catholicam, Sanctorum communionem (non Cathedram Papalem) Credo remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam æternam, Per quid? Per hoc quod credo in Deum patrem, in filium Dei pro me traditum, in Spiritum sanctum, Postea uero deficientes ab hoc uoto & iuramento, siue fide baptismi, quo estis baptizati in Christum & in mortem eius, uouetis & iuratistis in doctrinas & mandata hominum, que sunt frustaneus cultus, ut dicit Christus ex Esaia Marti, xv. & sunt doctrinæ Dæmoniorum, ut dicit Paulus, Ergo uota & iuramenta uestra sunt impia contra Deum & fidem baptismi, quibus primam fidem irritam fecistis & abnegatis, Ideo sunt prijs, ubi cognouerunt errorem suum per Euangelium, rescindenda & non praestanda, ne praestando plus peccent scienter, quam antea peccauerunt ignoranter & in errore uouendo & iurando, Non es perius nisi forte Diabolo, si Antichristum deferens cum in errore iurasti, redeas ad Christum, cui primum in Baptismo iurasti, immo Christo in Baptismo es corporatus.

Scriptum quidem est, Vouete & reddite, sed addi, Voueti et cum est, Domino Deo uestro, Vos autem uouetis & reditatis nescio quid, forte etiā uotum uestrum, contra Domum Deum uestrum ex doctrinis dæmoniorum, quod uultis per uota uestra, per opera & obseruantias uestras saluari & mereri uitam æternam, Impia sunt ergo uota uestra, in quib⁹ si manseritis, non potestis salvi fieri, In er-

Volum primum
 preceptum in
 Baptismo.

Impia uota et
 iuramenta.

DE BLASPHEMIA

rore nostro Deus patientiam habuit nobiscum, In hac autem tanta luce Euangelij, contemptores non feret, Hanes & Caiphas peribunt cum alijs Saduceis & Epicuraeis qui oderunt & persequuntur Euangelium Christi. Vos ipsi recte docetis in decretis papalibus & in magistro sententiarum, ex uerbis Isidori, hominum enim uerba collegistis, de uerbis DEI nihil solliciti, Sic enim ibi dicitur, In malis promissis rescinde fidem, in turpi uoto muta decreta, Quod incaute uoueris ne feceris, impia est promissio, quæ sceleretur adimpletur.

Prudenter & consulto fecerunt Theologi Louanienses, quod nudas propositiones euulgariunt, quas ubi coacti fuerint scripturis sanctis confirmare, fiet insipientia eorum nota omnibus hominibus, Dicitur, eos obtulisse Cæsareæ Maiestati ingens uolumen, quod Cæsar iudicavit adeo ineptum ut prohibuerit librum inuulgari, quod milii ueri simile est, & tu cum confirmauerint suas propositiones uidebis,

Peccatrix
Luce 7. sūt
pra.

Quæ igitur dixi ante clarissime de negotio Gratiae & remissionis peccatorum in peccatrice, Lucæ vij. confutant blasphemiam Louaniensium Theologorum, & confirmant & declarant omnia quæ ex scripturis certo dixi, de promissione Gratiae & reconciliationis per solum & propter solum Christum, quod est Euangelium Iusticiæ Dei erga peccatores & peccatrices, secundum illud. Pauperes Euangelizantur, et quæ dixi de fide in Christum, & de operibus siue fructibus dignis pœnitentiæ iustificatorum, & de promissionibus legis pro opere nostro quas soli filii Dei intelligunt, credunt & suscipiunt, ut isti Louanienses non habeant excusationem de ignorantia, & totus mundus uideat nostram doctrinam, & qui considerint glorificant patrem nostrum qui in cœlis est.

Dixi

SPIRITVS: CCCCCXXIX.

Dixi ad gloriam Dei pro confessione fidei nostræ
contra blasphemiam Louaniensium Theologorum. Ni-
hil autem dixi, neq; uolo hic aliquid dictum contra lau-
datam Academiam Louaniensem, quæ hactenus sem-
per floruit doctrinis artitum, linguarum, iuris pruden-
tiae, Quales uero nunc Theologos habeat declarant isti
articuli. Non dubito multos bonos uiros in illa Schola
dolere de istic maculis, Atq; adeo etiam in ordine Theo-
logorū illuc inueniri uenerandos uiros, qui malint istos
articulos non esse scriptos & optimo Cæsari obtrusos.
Sed de his uiderit Deus, qui est inspecto cordium & iu-
dex omnium.

*Laudē digna
Schola Loua-
nensis*

Cum adacti fuerint isti dolologi ad defensionem
& confirmationem suorum articulorum ex sacra scri-
ptura seu uerbo Dei, ibi quærerent fucum, ut in hypocriti
loquuntur mendacium, malis conscientijs, suo ipsorum
iudicio, condemnati (quod dico solum de illis, qui ueri-
tatem agnitam impugnant, non de illis, qui adhuc igno-
rantes in insipientia sua blasphemant) & primum pro-
ducent contra iusticiam fidei Epistolam ignoti Iacobi,
quem certissime constat ex concilio Apostolorum Act.
xv. neq; unum ex Apostolis Christi esse, neq; illum fra-
trem Domini, qui dicitur primus Episcopus fuisse in Ie-
rusalem, Nam in illo Concilio, Spiritus sanctus per Pe-
trum et alios Apostolos & Iacobum damnat sententiam
Epistolæ Iacobi de iusticia operum nostrorum, coram
Deo, Quam etiam damnant conscientiæ omnium San-
ctorum ab Adam usq; ad nos. Et certi sumus & sancte
iuramus, quod Louanienses Theologi eam bonis con-
scientijs coram Deo defendere non possunt, quando
Psalmus dicit, Pro hac ad te orabit omnis Sanctus in
tempore oportuno. Et Hieronymus in catalogo Scri-
*Cnfirmatio
magistralis*

YYYYY ptorum

DE BLASPHEMIA

ptorum dicit, Epistola Iacobi Episcopi Hierosolymo-
rum, asseritur ab alio sub nomine eius scripta, quæ pro-
cedente tempore obtinuit autoritatem, id est, tempore
Apostolorum, non habuit haec Epistola autoritatem.
Postea tamen prima etiam ante Epistolas Petri facta est,
Hanc ignotia Ecclesia hominis, de quo sæpe dubita-
tum est, Epistolam Louanienses Theologi interpreta-
buntur contra Mosen, Prophetas & Apostolos, contra
Legem, contra Euangelium, contra Dominum & Chri-
stum eius, quæ est impiissima interpretatio depravans
Scripturas sanctas. Nam Paulus dicit Rom. xij, Omnis
prophecia debet esse analogia fidei, cum potius contra,
ii uolunt Epistolam Iacobi esse bonam, non debent eam
facere contrariam omnibus scripturis Dei, sed sustinere:
ut eam commode interpretetur ex scripturis Sanctis,
ut sit analogia fidei. Alioqui quis feret blasphemiam sub
nomine Iacobis? Paulus dicit Gal. Si nos aut etiam An-
gelus e Cœlo aliud Euangelizet præter id, quod acce-
pistis a sanctis Apostolis, anathema sit. Christiani sumus:
non negabimus iusticiam Christi propter iusticiam ope-
rum Iacobi.

Deinde producent pro se testimonia ex lege Dei, ex
omnibus locis scripturæ, ubi dicitur de operibus, maxia
me ex promissionibns legis, de quibus dixi, quæ omnia
non intelligunt. Adeo enim stupidi & indocti sunt in sa-
cris literis, ut non norint discriminem Legis & Euange-
lij, discriminem, promissionum reconciliationis in solo
Christo & promissionum Legis in operibus solorum
Dei filiorum, Quid nos sent, qui publico scripto faten-
tur, se non accepisse propter Christum remissionem pec-
catorum & uitam æternam. Infideles sunt, non ergo mi-
rum

SPIRITVS. CCCCCXXX.

rum est, quod negant scripturas testificari de iusticia &
uita æterna per solum Christum.

Post hunc fucum ex scripturis etiam addent ratios
nes suas & doctrinas humanas &c. ut conuincant se pro
pter Christum non accipere remissionem peccatorum
& uitam æternam. Hæc producent ex sui Petri cathes
dra, contra omnes scripturas & contra Petrum, uerum
non Cathedram Christi Apostolum, qui dicit, Chri
sto omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissio
nem peccatorum accipere per nomen eius, quotquot
credunt in eum. Ideoqsicut iniuriam fecerunt Danieli, Daniel.
quando citarunt eum testem pro iusticia operum coram Deo sine Christo, Nam ipse, ut multa dicit de Christo,
ita & de auferendo peccato per Christum dicit, ut capi
te nono, Tunc abarcebbitur transgressio, obsignabitur
peccatum, & expiabitur iniurias, adducetur æterna iu
sticia, uisioque & prophetia obsignabitur, & ungetur
Sanctus Sanctorum &c. Ita & sanctis Doctoribus Sy
rach & Tobiae, qui non sunt in Canonæ sacræ Scriptu
ræ, iniuriam fecerunt, Nam Syrach multa concionatur Syrach.
de timore Dei, de fiducia in Deum, de precatione & ins
uocatione, de patientia propter Deum, ut capite i. ij.
&c. ut certo certius sit, quando scribit promissiones Le
gis pro opere, eum filijs Dei iustificatis scribere. Simi
liter in Tobia capite tertio, uide orationes Sanctorum
ex fide orantium, confitentur non suam eleemosynam
& operum iusticiam, ut Phariseus Lucae xvij, sed suam
in iusticiam & peccata, & certa fide & spe postulant gra
tiam & liberationem a Deo. Et Tobias sciebat ex pro
missione primi præcepti, Deum promisisse bona ijs qui
faciunt bona, dedit multas eleemosynas, & patienter ex
Tobias.

Yyyyyy ij pectauit

DE BLASPHEMIA

peccauit DEI promissionem in fide Seminis promissi.
Dum autem expectat incidit in mala, ut etiam Cœcus
fieret, & irrideretur ab amicis, quasi qui uane speras-
set in Deum, ut uides capite secundo, sed audifidem
& spem eius etiam in illa miseria & contemptu. Amici
dicunt ei, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & se-
pulturas faciebas? Tobias uero increpabat eos, dicens,
Nolite ita loqui, quoniam filii Sanctorum sumus, & ui-
tam illam expectamus, quam Deus datus est ihs, qui
fidem suam nunquam mutant ab eo &c. Ergo quæ con-
cionatur de bonis operibus, ut de eleemosyna, quod ab
omni peccato liberat &c. concionatur ihs, qui fide sunt
iustificati, non ihs qui operibus querunt iustificari, Iusti-
ficatorum enim filiorum Dei sunt promissiones legis non
aliorum, ut ante diximus. Hæc non intelligunt dololo-
gi, sed ut immundi porci irruunt in scripturas, & dicunt,
Hic dicitur de operibus, Ergo opera iustificant coram
Deo. Hic Deus promittit bona & corporalia & spiritu-
alia pro operibus, Ergo opera iustificant, Egregia scili-
cat consequentia: & ita ex suauibus Dei promissionis-
bus, quæ sunt exhortationes ad bona opera, ipsi nobis
faciunt mera uenena & operum iusticias, contra gratia-
m Dei in solo Christo promissam.

Bona opera
ad hue, amplius
laudata ex
Matth. 25.

Redeo igitur nunc ad commendationem charita-
tis siue bonorum operum, ex Matth. xxv, ut confundan-
tur mendaces Sacrificuli, qui clamant nos damnare &
prohibere bona opera, Of sanctos uiros, abundantes bonis
operibus ut uidere licet, & AntiChristianis blasphemis
& homicidiis, quid dicent homines de ipsis ubi nostra scri-
pta uiderint & nostras conciones audierint? Adde itaq;
ad ea, que supra diximus de operibus siue de charitate ex
Matth.

SPIRITVS. CCCCCXXXI.

Matth. xxv. quod charitas nostra in operibus ostensa,
quæ certum signum est, quod remissa sunt nobis peccata,
quod sumus filij D E I, omnipotentes per inuocationem
nostram, quod, inquam, charitas nostra manet in eternum
id quod 1. Cor. xiiij. sic dicitur, Charitas nunquam excidit,
Nam Christus etiam post hanc uitam, ubi non amplius *charitas nunc*
charitatis opera facimus, in futura resurrectione meminist *quam excidit.*
nostræ charitatis proximo exhibitæ, et maxime com-
mendans dicit, non Missarum Sacrificia, sed illa opera fu-
isse uera Sacrificia sibi Christo oblata, & se reddere mer-
cedem promissam non meritam, Super pauca enim fuiti
fidelis, Supra multa te constituam, intra in gaudium Do-
mini tui. Sic ait Christus, Esurui & dedisti Mihi, uisita-
stis Me &c. Quod uni ex minimis meis fecistis Mihi fe-
cistis, Mihi, inquit, ut significet grata fuisse sacrificia, illa
charitatis opera, Item, Mihi, inquit, ut etiam significet illa
opera propter Christum ex fide facta. Et de afflictione et
persecutione propter Christum quam patimur, dicit Mat-
v. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est
in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt an-
te uos, Paulus de resurrectione nostra, 1. Corin. xv. Non
est labor uester inanis in Domino, Quæ posset esse maior
commendatio bonorum operum & passionum nostra-
rum?

Quod autem filij Dei qui fecerunt illa opera chari-
tatis ex fide, non confisi sunt suis illis operibus, ut pharisei
Lucæ xviiij. & illi Matth. vij. declaratur per hoc. Quia di-
cent, Domine, quando uidimus te esurientem, sitientem,
nudum, ægrotum, captiuum, & ministravimus tibi: Chri-
stus eos fecisse dicit, ergo uere fecerunt, quia Christus no-
potest mentiri, sed ipsi adeo obliiti sunt, ut impossibile sit
eos illis operibus confisos fuisse, fecerunt & contempse-
runt:

Filij D E I non
confidunt suis
operibus qua-
tamen faciunt.

DE BLASPHEMIA

Fuerunt sua opera, non ut non facerent, quæ multa fecerint ut Abraham; sed ut non considerent in eis, dicentes Seruit inutiles sumus, quæ debuimus facere fecimus, & manserunt in fiducia filij Dei etiam tunc quando fecerunt, quia Mihi, inquit, fecistis. Contra operarij iniquitatis in speciem sanctissimi viri, tunc dicent, Domine nonne in nomine tuo prophetauius &c. Hic uides quod Paulus dicit, Non qui seipsum commendat, sed quem Deus commendat ille probatus est.

*Nota Matth.
7. ut supra*

Omnem fidem

Illi magni viri prædicatores Euangeli & miraculosum operatores in nomine Christi, confisi sunt in illis operibus, quasi propterea meliores essent alijs, qui potius debuissent illa ministeria & opera agnoscere esse dona Dei ad utilitatem Ecclesiae, & seipso agnitione peccati contumere in fide & fiducia misericordiae DEI in Christo, ut Paulus sese continet Rom. vii. & alibi dicit, Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi angelus Satanæ &c. Sufficit tibi Paule Gratia mea, ait Christus, Nam virtus mea in infirmitate tua perficitur. Tales viri fuerunt apud Corinthios tempore Pauli, qui acceptis egregijs donis Spiritus sancti, linguarum, intellectus Scripturarum, miraculorum, quæ merito miratur mundus in viris eruditissimis, & quidam gloriantur etiam de tribulationibus quod multa sustinuerent propter Christum. Haec sensiebant esse Christianam fidem, qui pauca nouit & potuit, illum dixerunt paruam habere fidem, qui plura nouit & potuit, illum dixerunt plurimam habere fidem, Quidam autem facit abant se omnem habere fidem, ut qui loquerentur omnibus linguis, noscent omnia mysteria, possent facere non quedam solum, sed etiam omnia miracula, possent omnia pati, atque hac ratione agentes contra charitatem

SPIRITVS. CCCCCXXXII.

Catēm, atq[ue] adeo non habentes charitatem, aspernabantur
alios etiam pios & bonos Corinthiorum prædicatores,
ut traherent post se discipulos & suscitarent sectas, quæ
dixerunt, Ego sum Cephe, Ego sum Pauli, Ego sum Apol-
lo &c. Atq[ue] ita uocabulum, Fides, traxerant in abusum, Il-
le habet magnam fidem, ille maiorem, aliis plurimam, ali-
us omnem, & aliis alium contemnebat, et qui maiora do-
na Spiritus acceperant, alios longe post se relinquebant,
maxime illi qui gloriabantur et contendentes iactabant
se omnem habere fidem, id est, ut ipsi intelligebant, se om-
nia nosse & omnia posse, ut alios prædicatores facerent
contemptos & post se discipulos traherent. Quibus Paul-
us scribit more illorum loquens, non ut solet, & dicit, 1.
Cor. xij. Alij per Spiritum datur fides, uidelicet illa He-
roica miraculorum, quæ iactatur apud uos Corinthios.
Quo uerbo iubet Paulus, ut agnoscant hoc donum esse
Spiritus sancti, non esse ipsum Deum, de quo solo est glo-
riandum, quod illa dona possunt etiam impij habere, ut
Iudas, & illi Matth. viij. Ergo Paulus ut compescat istas
præsumptiones & contentiones & sectas, dicit Christianos
oportere seruire alijs per dona quæ acceperūt, quemad-
modum Christus dicit. Qui uoluerit inter uos maior
esse sit uester minister, & alibi Paulus, Qui Episcopatum
desiderat, bonum opus desiderat, & charitate de clarare
alijs se credere & per fidem esse filios Dei, Alioqui si quis
charitatem non præstiterit sed contrarium, etiamsi multis
Spiritus donis sit insignis, tamen eum esse nihil, uidelicet
ad salutem, etiamsi multum sit ad utilitatem Ecclesiæ, ut
Iudas proditor sua prædicatione & miraculis, qui tamen
nihil erat apud Deum, non erat per fidem filius DEI ha-
res uitæ æternæ, Coram hominibus multum & omnia ui-
debatur, coram Deo nihil erat.

YYYYY. iiiij.

Sed de-

DE BLASPHEMIA

Sed de his ante dixim⁹ ex 1. Cor. xiiij. Si autem non
sic accipiendum contendis, illud. Si habuero omnem fidem, id est, tam multam & magnam & omnibus hominibus admirandam, ita, inquit, ut montes transferam, dic quot fides nobis uelis facere, Turcicam, Iudaicam, Pharisæorum, Saducæorum, Persicam, Christianam, forte & Græcam fidem, ut omnes fides illas simul comprehendas cum dixeris. Si habuero omnem fidem, Quid ineptimus? Paulus in omnibus concionibus suis, ut uides in Act. Apostolorum, & in omnibus Epistolis suis, ubi loquitur uerbis suis, de uera fide, non nouit nisi unam in Christum fidem, id quod expræsse fatetur Eph. iiiij. Vna est, inquit, fides, unum baptisma, una spes uocationis uestræ. De his, inquam, ante diximus. Hic autem ex uerbo Christi. Eserui & dedisti Mihi manducare, dicimus quod charitas manet in æternum, quia operum charitatis, ut signi filiorum Dei per fidem in Christum iustificatorum, meminit etiam Christus in futura resurrectione, quando fides & spes cessant siue excidunt, charitas autem non cessat siue excidit, sed manet in æternum, & post hanc uitam perficitur, Ideo Paulus dicit. Maior horum charitas, id quod ibi manifeste dicit, nisi nihil illic intelligas, non autem dicit, quod charitas in hac uita iustificat, sed ubiq̄ fortiter ex scripturis (quas negant Louanienses dolologi) conuinicit, quod fides in Christum iustificat, id est, solus Christ⁹ fide apprehensus, quæ est salus nostra & uita æterna.

Reuertantur ergo miseri homines blasphemæ & homicidæ, ne impugnent in tanta Euangelij luce agnitionem ueritatem, hoc enim non est humanum, sed diabolus cum peccatum, & discant ad gloriam Dei loqui, & consideri suam in Christum ueram fidem, quemadmodum
Paulus

Sola fide.

SPIRITVS. CCCCCXXXIII.

Paulus loquitur cum Petro, de quorum autoritate glorificatur Papa, & tamen fidem & doctrinam Apostolorum condemnat. Sic autem loquitur Paulus cum Petro uel ad Petrum, Gala. ii. ut audiatis fidem & doctrinam beatissimorum Petri & Pauli Apostolorum, Si, inquit, tu Petre, cum Iudeus sis, gentiliter uiuis, & non Iudaice, cur Gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi & non ex Gentibus peccatores, quoniam scimus non iustificari hominem ex operibus Legis, NISI per fidem Iesu Christi, id est, quod uel pueri norunt in Scholis, nisi tandem, solum, per fidem in Iesum Christum, hoc est, Sola fide, non ex operibus Legis, multo minus ex operibus traditionum humanarum siue doctrinarum Dæmoniorum, Habetis etiam literas & syllabas, quas requiritis cum dicitis, Vbi scriptum est, Sola fide iustificamur: qua de re ante ex Scripturis diximus. Pergit uero Paulus ad Petrum dicere, Quoniam scimus non iustificari hominem ex operibus Legis, NISI per fidem Iesu Christi, etiam NOS in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus Legis, propterea quod non iustificabitur ex operibus Legis omnis caro. Quod si dum querimus iustificari per Christum, reperimus & ipsi peccatores (uidelicet adhuc immundi in peccatis nostris & per opera, quæ Lex praecipit iustificandi) ergo Christus peccati minister est, Absit, Absurdum est hoc & impium sentire, Nam si, que destruxi, ea rursum ædifico, transgressorem meipsum constituo. Ego enim per Legem Legi mortuus sum, ut Christo uiuam, una cum Christo crucifixus sum. Viuo tandem iam non ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem quam nunc uiuo in carne reliquam, uiuo in fide filij Dei (secundum illud, Iustus ex sua fide uiuet) qui Zzzzzz dilexit

DE BLASPHEMIA

dilexit me, & tradidit Semetipsum pro me, Non aspersor Gratiam Dei. Nam si per Legem est iusticia, ergo Christus frustra mortuus est. Lege totam Epistolam in cuius fine Paulus sic dicit, In Christo Iesu neq; circumcisio quicquam ualeat, neq; præputium, sed noua creatura. Et quicunq; iuxta hanc regulam incedunt, pax sit super illos & super Israel Dei, Etnos, consuetis uerbis tonitruis uestris Papæ, proponimus uobis hanc Euangelijs Christi doctrinam, autoritate Dei Patris & Domini nostri Iesu Christi & Spiritus sancti, & autoritate beatissimorum Petri & Pauli, & omnium Apostolorum et Prophetarum Dei ex sacra Scriptura lege Dei & Euangeli Christi. Si quis temerario ausu contrauenire præsumperit, nouerit se indignationem omnipotentis Dei, & in sententiam Dei per Prophetas & Apostolos latam incursum, Datum in Ecclesia sancta catholica & Apostolica, sub annulo saluatoris, Domini nostri Iesu Christi, Anno sacratissime incarnationis eius M. D. XLVI; quod datum erat statim a lapsu hominis per uerbum Dei, Semen multeris conteret caput Serpentis. Beatus est qui hoc intelligit.

Hactenus de fide in Christum & de fructibus fidei dixi, ad gloriam Christi, ut hostes Euangeli Christi sine Epistola Iacobi, ut inexcusabiles, quasi neq; audierint, neq; uiderint. Nunc redeo ad Epistolam Iacobi, quam ante, in loco iustificationis, ecepi commode interpretari ex alijs Scripturis, ne quid blasphemum habeat contra Christum, & contra omnes Scripturas, quemadmodum Augustinus sollet eam interpretari, maxime in libello de fide & operibus, Nam si uis eam Epistolam haberi sacram, necesse est, ut sit analogia fidei, ut audiisti ex Ro. xij & non sit doctrinae

SPIRITVS. CCCCCXXXIII.

doctrine Prophetarum et Apostolorum aduersa, de qua
sæpe audisti concionem Petri, Christo omnes Prophetæ
testimonii perhibent remissionē peccatorū accipere per
nomen eius, quotquot credunt in eum. Ecclesia Christi
suscepit Mosen, Prophetas, Psalmos, Apostolos, ut lega-
tos sui sponsi, per quos suum Sponsum Christum ac-
cepit, Et habet mandatum a suo sposo, ut diligentissime
me caueat, ne sub specie bona suscipiat alios, qui docent
aliud, quam quod Prophetæ & Apostoli docuerunt. Sic
enim mandat Christus, Attendite a Pseudoprophetis,
qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. Et Paulus ex Spiritu sancto
magna fiducia dicit Ecclesiæ Christi, Gal. i. Miror, quod
a Christo, qui uocauit uos per Gratiam, adeo cito trans-
feramini in aliud Euangelium, quod tamen non est aliud,
nisi quod quidam sunt qui turbant uos, & uolunt in-
uertere Euangelium Christi, Cæterum, etiam si nos A-
postoli, aut Angelus e Cœlo prædicauerit uobis Euan-
gelium aliud præter id quod prædicauimus uobis, ana-
thema sit, Quemadmodum ante diximus, & nunc ite-
rum dico, Si quis prædicauerit uobis Euangelium aliud
præter hoc quod accepistis, anathema sit, Euangelium
quod est prædicatum a me non est secundum hominem,
Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed
per reuelationem Iesu Christi, Vides quod mandatum
habeat Ecclesia Christi, ut caueat a doctrina Antichri-
stiana, postquam ab Apostolis Christum didicit suam
else iusticiam & uitam æternam. Nam Paulus certis scri-
pturis ex Spiritu sancto & reuelatione Iesu Christi præ-
dicauerat apertissime hoc Euangelium gloriae Dei.
Absq; operibus, id est, meritis nostris, gratis per Grati-
am fide in Christum iustificamur coram Deo, ut pacem

Zzzzzz ij habeas

DE BLASPHEMIA

habeamus bonis conscientijs erga Deum, & accessum
ad Deum per solum Dominum nostrum Iesum Christum.
Et scribit Ecclesiæ, ne suscipiat aliud, quasi Euangeliū,
contra hoc Euangeliū, quod ab ipsa a Paulo
suscepereat, ne sub nomine quidem Pauli, quasi Paulus
alibi aliud doceret, quemadmodum hodie nostri Sophistæ
querunt in Paulo, quo destruant Euangeliū Pauli
de iustificatione fidei per solum Christum. Ne suscipiat,
aliud ne sub nomine quidem Apostolorum, quasi
sint quidam Apostoli Christi, qui aliud doceant, tantum
abest ut suscipient diuersum siue contrarium per igno-
tum Ecclesiæ Iacobum, ut ante diximus. Si ergo susti-
nes, ut commode interpretetur uerba illius Iacobi, ut
sint analogia fidei & sacris scripturis, siue Euangeliō A-
postolorum Christi, per nos licebit, ut dicas illam Episto-
lam esse sanctam. Sinon sustines, sit illa doctrina anathe-
ma, quæ docet Christum Dominum gloriae pro nobis
crucifixum, non esse iusticiam nostram & uitam æter-
nam. De utroq; nunc breuiter dicam.

*Commoda in-
terpretatio.* Si de falso iactata fide intelligis uerba Iacobi, ut ante
dixi, probe conueniunt, secundum scripturas, quæ se-
quuntur. Quæ utilitas, inquit, fratres mei, si fidem dicat
aliquis se habere, facta uero non habeat, id est, deprehen-
datur else maledicus, scortator, aurarus, contemptor fra-
trum, quibus signis declaratur mentiri, cum dicit, se fi-
dem habere, Num potest fides illa iactata & mendax sal-
uum facere illum? Quod si frater aut soror nudi fue-
rint &c. Hæc est irrisio proximi indigentis & non cha-
ritas, ergo ibi non est uera fides in Christum, sed menda-
cium est quod dixit se fidem habere. Sic & illud quod se-
quitur. Sed dicet aliquis, Tu fidem habes &c. probe con-
uenit scripturis, ut ante dixi,

Sequitur

SPIRITVS. CCCCXV.

Sequitur, Tu credis quod Deus unus est, Recte fas
etis, Etiam dæmones credunt & contremiscunt, hoc est,
illa fide non es melior quam dæmones, qui idem credunt,
Sicut ergo dæmones non iustificantur illa fide, ita tu non
iustificaris illa fide, qui mala opera facis, sicut Dæmones
mala opera faciunt, atq[ue] dæmones illa fide sunt melio-
res impio homine, qui non contremiscit erga Deum
quando credit quod Deus unus est. Dæmones autem
credentes quod Deus unus est contremiscunt, expau-
scunt & refugunt ubi cunq[ue] senserint Deum suo uerbo &
opere adesse, Impius homo etiamsi credat quod DEVS
unus est, tamen potest contemnere omnia, quæ Dei sunt.
Hic dicimus. Si Iacobus ille non dicit de alia fide, quam
de illa quam etiam dæmones habent, quod Deus unus
est, (ut nunc nihil aliud dicam quando commodam que-
ro interpretationem uerborum Iacobi,) concedimus ul-
tro quod homo qui solum illam fidem dæmonum habet
non iustificatur per illam, sed manet in peccatis suis dam-
natus, & Iacobina dæmonum fides non potest illum sal-
uare, Nam & Turcæ & alij Mahometani subinde clamant
& fatentur, Deus unus est, similiter & coeci Iudei igno-
rantes & depravantes scripturas, dicunt, Deus unus est,
quasi dicant & Mahometistæ & Iudei blasphemantes
contra nos, Deus est unus, non est trinus, ut Christiani di-
cunt, facientes tres Deos, &c. Non dico hic, quid Christia-
nus aliquis posset suspicari ex illa unica fide quod Deus
unus est (non aliam fidem inuenis in Epistola Iacobi) &
ex illis Iacobi uerbis, [¶]TI S̄ BEO ĒT̄ ĒSI quasi hic Iacobus fue-
rit unus ex Ebionitis, contra quos Iohannes scripsit suum
Euangelium, Quia uerbis quidem nominat fidem Chri-
sti, & credit Iesum esse Christum gloriam, capite ij. Fratres
mei, inquit, ne in respectu personarum habeatis fidem

Zzzzzz ij. Domini

DE BLASPHEMIA

habeamus bonis conscientijs erga Deum, & accese sum
ad Deum per solum Dominum nostrum Iesum Christum.
Et scribit Ecclesiæ, ne suscipiat aliud, quasi Euangeliū,
contra hoc Euangeliū, quod ab ipsa a Paulo
suscepere at, ne sub nomine quidem Pauli, quasi Paulus
alibi aliud doceret, quemadmodum hodie nostri Sophis
stæ querunt in Paulo, quo destruant Euangeliū Paus
li de iustificatione fidei per solum Christum. Ne susci
piat, aliud ne sub nomine quidem Apostolorum, quasi
sint quidam Apostoli Christi, qui aliud doceant, tantum
abest ut suscipiant diuersum siue contrarium per igno
rum Ecclesiæ Iacobum, ut ante diximus. Si ergo iusti
nes, ut commode interpretemur uerba illius Iacobi, ut
sint analogia fidei & sacris scripturis, siue Euangeliō A
postolorum Christi, per nos licebit, ut dicas illam Episto
lam esse sanctam. Si non iustines, sit illa doctrina anathe
ma, quæ docet Christum Dominum gloriae pro nobis
crucifixum, non esse iusticiam nostram & uitam æterna
nam. De utroq; nunc breuiter dicam.

*Commoda in
erratio.* Si de falso iactata fide intelligis uerba Iacobi, ut ante
dixi, probe conueniunt, secundum scripturas, quæ se
quuntur. Quæ utilitas, inquit, fratres mei, si fidem dicat
aliquis se habere, facta uero non habeat, id est, deprehendi
atur else maledicus, scortator, auarus, contemptor fra
trum, quibus signis declaratur mentiri, cum dicit, se fi
dem habere. Num potest fides illa iactata & mendax sal
uum facere illum? Quod si frater aut soror nudifues
tint &c. Hæc est irrisio proximi indigentis & non cha
ritas, ergo ibi non est uera fides in Christum, sed menda
cium est quod dixit se fidem habere. Sic & illud quod se
quitur. Sed dicet aliquis, Tu fidem habes &c. probe con
uenit scripturis, ut ante dixi.

Sequitur

SPIRITVS. CCCCX^VXV.

Sequitur, Tu credis quod Deus unus est, Recte facit. Etiam dæmones credunt & contremiscunt, hoc est, illa fide non es melior quam dæmones, qui idem credunt, Sicut ergo dæmones non iustificantur illa fide, ita tu non iustificaris illa fide, qui mala opera facis, sicut Dæmones mala opera faciunt, atq[ue] adeo dæmones illa fide sunt meliores impio homine, qui non contremiscit erga Deum quando credit quod Deus unus est. Dæmones autem credentes quod Deus unus est contremiscunt, expausent & refugunt ubiuncq[ue] senserint Deum suo uerbo & opere adesse, Impius homo etiamsi credat quod DEVS unus est, tamen potest contemnere omnia, quae Dei sunt. Hic dicimus. Si Iacobus ille non dicit de alia fide, quam de illa quam etiam dæmones habent, quod Deus unus est, (ut nunc nihil aliud dicam quando commodam quæsto interpretationem uerborum Iacobi,) concedimus ultero quod homo qui solum illam fidem dæmonum habet non iustificatur per illam, sed manet in peccatis suis damnatus, & Iacobina dæmonum fides non potest illum salvare, Nam & Turcae & alij Mahometani subinde clamant & fatentur, Deus unus est, similiter & coeci Iudæi ignorantes & depravantes scripturas, dicunt, Deus unus est, quasi dicant & Mahometistæ & Iudæi blasphemantes contra nos, Deus est unus, non est trinus, ut Christiani dicunt, facientes tres Deos, &c. Non dico hic, quid Christianus aliquis posset suspicari ex illa unica fide quod Deus unus est (non aliam fidem inuenis in Epistola Iacobi) & ex illis Iacobi uerbis, p[ro]pterea est enim quasi hic Iacobus fuerit unus ex Ebionitis, contra quos Iohannes scripsit suum Euangelium, Quia uerbis quidem nominat fidem Christi, & credit Iesum esse Christum gloriæ, capite ij. Fratres mei, inquit, ne in respectu personarum habeatis fidem

Zzzzzz iii Domini

DE BLASPHEMIA

Domini nostri Iesu Christi gloriae, id est, gloriose uel gloriosi apud Deum in celis, & capite primo dicit se esse seruum Dei & Domini Iesu Christi, sed cum expectas, ut dicat quae sit fides Christi, audis, Tu credis, quod Deus est unus, recte facis, siue recte credis, quasi fides Christi datur quam Christus docuerit, uidelicet illa, quod Deus est unus, quod Christus hanc fidem docuerit contra idolatriam Iudeorum, & contra pluralitatem Deorum apud gentes, & qui hanc fidem habuerit, quod Deus est unus, ille habeat fidem Christi quam Christus docuit. Nam in tota illa Epistola bene longa, cum uult scribere de patientia, de oratione fidei, de regeneratione per uerbum ueritatis, de bonis operibus, quae tamen confusissime scribit tantum imitatus quedam uerba Apostolorum, nunquam interim dicit Christum filium Dei, aut quod in Christum sit credendum, sed hanc fidem tantum ibi uides, quod Deus est unus, quam & Dæmones habent, nunquam ne una quidem dictione dicit, unde audiamus pluralitatem personarum esse in uno Deo uel in unitate unus Dei, non filium nominat, non Spiritum sanctum, Nusquam dicit de fide in Christum, quod Christus filius Dei pro nobis uictima factus, qui fide apprehenditur ut fiat noster (non enim aliter suscipi a nobis aut apprehendi potest) est nobis perditis & damnatis peccatoribus iusticia nostra coram Deo & uita æterna, De hoc usu Christi, quid Christus proposit nobis, nullum est testimonium ne uno quidem uerbo in illa Epistola, De quo Petrus nomine omnium Apostolorum dicit omnes Prophetas testificatos esse, Immo hanc solam fidem ibi uides, Tu credis, quod Deus est unus, Recte facis siue recte credis, sed si non addis huic tue fidei opera tua, ipsa fides manet mortua & non potest te saluum facere, Si uero opera tua addideris, illa opera tua sunt

SPIRITVS. A.D. CCCCCXXXVI.

sunt uita tua quæ uiuificabunt te in fidem, qua credis q[uod] Deus est unus, & iustificabunt & saluabunt te, non increduum sed credentem quod Deus est unus, Dæmones non addunt sive fidei, (qua etiam credunt quod Deus est unus) bona opera, ergo non saluantur neq[ue] iustificantur per suam fidem. Hanc solam fidem uides in Iacobo illo non fidem in Christum iusticiam nostram, Atq[ue] adeo ipse Iacobus producit nobis manifeste iusticiam operum contra rationem fidei Christianæ, contra Dei iusticiam, contra Deum, contra Christum, contra Euangelium & omnes Scripturas, ut saepe dixi, & dicit, Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est? &c. quæ postea audies, ex Iacobi uerbis sequentibus, Nunc desino suspicione[n]es augere contra illum Iacobum, quamvis recte faciam pro gloria Dei, Hæ enim suspicione[n]es pertinent ad iudicium Ecclesiæ & probationes Spirituum, quæ habet mandatum, Attendite a pseudoprophetis, Nolite omni Spiritui credere, Probate Spiritus num ex DEO sint, Omnia probate, quod bonum est tenete, Etiam si nos Apostoli aut angelus e coelio aliud Euangelizet anathema sit, Satis mihi sit hactenus commode interpretatum fuisse uerba Iacobi, ne quid incommodum in eis sit contra Deum & Dei Scripturas, Debebant sancti patres non de nomine Iacobi disceptare, sed rem & ipsam doctrinam iudicare, quemadmodum Christus dicit, Ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Accessimus nostra commoda interpretatione usq[ue] citatio scripsit ad eum locum, ubi Iacobus apertis uerbis negat Christum esse iusticiam nostram, quod tamen omnes Scripturæ dicunt, & obtrudit nobis iusticiam operum nostrorum sine Christo, quasi per nostra opera, & ut Pelagius docuit, per

Zzzzzz iiiij nostrum

DE BLASPHEMIA

nostrum liberum arbitrium possimus implere legem &
iustificari coram Deo, ita ut Christus filius Dei sit nobis
inutilis & frustra mortuus, quam iusticiam operum no-
strorum quasi ex Scriptura sancta falso & depravatim con-
firmat. Vis autem, inquit, scire o homo inanis quod fides
absq; operibus mortua est? Abraham pater noster, non
ne ex operibus iustificatus est, cum obtulisset Isaac fili-
um suum super altare? Vides quod fides adiumento fue-
rit operibus illius, & ex operibus fides perfecta fuerit. Et
impleta est scriptura quae dicit. Credidit Abraham Deo,
& imputatum est illi ad iusticiam, & amicus Dei appellat-
us est, Videtis igitur (quod nemo uidet ne Spiritus san-
ctus quidem in illa Scriptura) quod ex operibus iustifice-
tur homo & non ex fide tantum (quo uerbo se prodit
quod scribit contra Euangelium Christi, quod sancti A-
postoli prædicauerant, ut uides Rom. iiij. iiiij. &c.) Simili-
ter autem & Rhaab meretrix, an non ex operibus iusti-
ficata est, cum excepisset nuncios & alia via emississet? (de
quo exemplo fidei supra dixi) Hic cum citat Iacobus Scri-
pturam contra scripturam, confutat potius per citatam
Scripturam, quod per eam uult confirmatum, Scriptura
dicit Abraham fide iustificatum longe ante quam immo-
lare uoluit filium suum Isaac, etiam ante circumcisioinem
in gentili præputio & ante omnes cæremonias Legis Mo-
saicæ, sine suis operibus & bonis meritis, quæ tamen boa
na opera & officia pietatis & charitatis fide iustificatus
multa faciebat, ut hæc Rom. iiiij. Paulus Spiritu Dei ple-
nus, ex scripturis sanctis & ex historia Abrahæ fortiter
confirmat & declarat contra hanc Iacobi sententiam, Ri-
diculum est & a Paulo confutatum Rom. iiiij. & alibi, ubi
q; fere, quod Erasmus de hac citatione Iacobi, Credidit
Abraham Deo &c. in annotationibus suis dicit, nisi mimis-
tice uoluerit

SPIRITVS. CCCCCXXXVII.

tice uoluerit irridere Theologos idem dicentes, Idem, inquit, testimonium, quod Paulus adduxit in Epistola ad Romanos aduersus fiduciam operū, Iacobus adducit ad commendationem operum, Verum Paulus illīc opera uocat obseruationem legis Mosaicæ, hic sentit de officijs pie tatis & charitatis. Paulus dicit, Erasme lege Rom. iiiij. de Abraham, & viij. Concupiscentiam nesciebam &c. & uis debis quod facis mihi iniuriam, De qua stulticia nos etiā ante diximus.

Igitur cum ad hunc locum uentum est, desino commode interpretari, immo deserо Iacobū, ut ipse defendat se! et dicat quare cīcarit Scripturam contra seipsum, quē admodum Augustinus etiā hactenus commode secundum scripturas solet uerba Iacobi interpretari, sed hic ubi citat Scripturas quasi pro iusticia operum, deserit eum Augustinus, Alij subtilib⁹ atq̄adeo futilibus distinctionibus laborant, ut haec uerba Iacobi concilient scripturis sanctis, sed frustra, Apertior enim est hoc loco Iacobus, quam ut hoc fieri possit. Et ego habeo, quae hoc loco non commode dicere possem pro uerbis Iacobi, sed ego nolo propter Iacobi uerba uim facere scripturis, & dare occasio nem alijs, scripturas uarie interpretandi, & ipse Iacobus me prohibet certis uerbis, & perspicua similitudine, quam ita addit, Nam, inquit, quemadmodum corpus absq; spiritu mortuum est, ita & fides absq; operibus mortua est. Nihil obscuri habent haec uerba, ut uideas certo quid Iacob⁹ uelit. Præterea iamdudum hactenus anxie laborauit mea commoda interpretatione, metuens ne uim facerem uerbis Iacobi, quae aliud sonant, & iam tandem se ipse aperte prodit, ita ut non possit sustinere commodam interpretationem et cum Scripturis sanctis conciliationem, Ideoq; a si quis

DE BLASPHEMIA

Si quis mihi dixerit, Tu facis uim uerbis Iacobi tua comoda interpretatione, cum hoc non magnopere contenerim.

Iam itaq; uenio ad secundam partem, ut dicam contra meam commodam interpretationem. Si uerba sua Iacobus de falso factata & inani fide intelligit, cur citat scripturam de uera fide, Credidit Abraham Deo &c; aut si de illa Demonum tantum fide dicit, quod mortua sit, cur addit illi uitam operum & producit ita nobis iustificationem per opera nostra sine Christo, contra omnes scripturas & contra experientiam omnium Sanctorum? Opera nostra facit Spiritum & uitam, fidem autem facit corpus. Sicut inquit, corpus mortuum est sine Spiritu, ita fides mortua est sine operibus. Adde tua opera, & suscitatibus & uiuificabis per opera tua mortuam tuam fidem, qua cresdis, quod Deus est unus, & ita iustificaberis per opera tua uiuentia quæ mortuam tuam fidem uiuificauerunt, ut anima corpus. Vides quod operibus omnia tribuit, & adimit omnia Christo, & interim tantum ludit uocabulo fidei. Quis sic loquitur, nō intelligit quid sit fides, aut quid significet coram Deo iustificari. Si autem de uera fide accipienda sunt uerba Iacobi, & uera fides quam prædicat Euangelium Christi, est fides in Christum, siue fides quæ suscipit & apprehendit Christum iusticiam nostram & uitam æternam, hoc est, nihil aliud quam ipse Christus filius Dei fide suscepis & apprehensus, quis feret hæc blasphemias, quod hæc fides in Christum sive hic Christus filius Dei fide apprehensus & sola fide apprehensus, sit res inutis, inanis, mortua, non potens nos salvare, quæ sit uiuificanda nostris operibus, qui sumus damnati peccatores? Hic dicimus ad gloriam Christi pro confessione fidei nostræ, Quisquis hoc dixerit non solum ille Iacobus,

Ecclesiæ-

SPIRITVS. CCCCCXXXVIII.

Ecclesiæ Christi ignotus, sed etiam aliquis Apostolus uel Angelus e coelo, sit anathema. Deus pater qui dilexit nos in Christo ante mundi constitutionem, & tradidit pro nobis redimendis unigenitum filium suum in mortem, continet & conseruet Ecclesiæ sue hanc doctrinam & hoc Euangelium, quod Solus Iesus Christus filius DEI pro nobis uictima patri factus nobis iusticia est & uita æterna, Amen.

Hec omnia de iusticia fidei in Christum, de charitate ^{Quare tam} fructu fidei siue de bonis operibus & de promissionibus multa hic dicitur Dei & gratuitis propter Christum, & legalibus propter sunt. opera filiorū Dei, & quae his oblatæ uidebantur, dixi dili gentissime ex Scripturis Sanctis, ex Euangeliō et ratione salutis nostræ per solum Christum filium Dei, non solum propter pios Lectores, qui de his gaudebunt, sed etiam propter hostes Euangeli Louanienses Theologos & alios, ut admonici resipiscant qui ignoranter blasphemant & persequuntur ueritatem, pro quibus etiam oramus, & amplius confundantur qui agnitam ueritatem impugnat non humano peccato, sed Diabolica superbia & odio contra Deum & filium DEI & Spiritum sanctum, pro quibus non est orandum, contra quos dicit Christus, Nunc autem uiderunt, id est, cognoverunt, & oderunt & Me & patrem meum, & Paulus Tit. iii. Hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem deuita, sciens quod euersus sit qui eiusmodi est, & peccat per se damnatus. Hoc est, non habet excusationem de ignorantia, sed mala conscientia & diabolica arrogancia & odio pergit damnare & persequi agnitam ueritatem.

Dicet aliquis, Periculum est miseris peccatoribus Blasphemia in & peccatoribus, dicere aliquod else peccatum in Spiritu spiritum sanctum.

DE BLASPHEMIA

cum sanctum, quod non remittatur, quia ut contemnunt
illi qui peccant in Sp̄ritum sanctum, tamen miserī pec-
catores in tentatione facile sibi somniabunt se peccasse
hoc peccato, & ex hac doctrina desperabunt, cum tamen
secundum Euangelij ueritatem, Omnia peccata remit-
tantur hominibus, & non sit ullum peccatum tam hor-
rendum & magnum, quod non remittatur hominibus
uere p̄onitentibus & in Christum credentibus, propter
Christum iusticiam nostram. Item, Dicunt aliqui hodie,
qui non multum uidentur curare agnitam ueritati, mo-
do tantum habeant, quod magnifice & contemptim dis-
cant contra nos, Qui, inquit, statuit esse aliquid pec-
catum quod remitti non possit, is magna contumelia af-
ficit Christum, & statuit regnum peccati esse potentius
regno Christi aut gratiæ. Audimus fastuosa uerba con-
tra nos. Non enim nos statuimus, sed Christus hanc sen-
tentiam, Qui blasphemauerit Sp̄iritum sanctum, non ha-
bet remissionem in æternum, sed reus erit æterni deli-
cti. Non hic de statutis nostris agitur, sed de sententia
Christi. Iecirco isti suis argumentis nihil efficiunt contra
nos, sed blasphemant Christum Dominum, hac ratione.
Qui statuit esse aliquid peccatum, quod non remis-
titur (non uolo recitare inanibus uerbis, quod remitti
non possit) is magna contumelia afficit Christum. Sed
Christus hoc statuit. Ergo Christus magna contumelia
afficit Christum &c. Sed relictis hisce inflatis frustra con-
temptoribus, qui contemptam ducunt Christi sententi-
am, respondeo bonis hominibus, qui dicunt, Periculo-
sum est miseris &c.

Tunc periculorum erat, quando prædicabant & scri-
bebant de peccatis in Sp̄iritum sanctum, quasi multis,
& simul proferebant nudam sententiam Christi, non to-
tum

tum contextum uerborum Christi, de remissione omnium peccatorum & omnium blasphemiarum, quibus homines etiā Deum blasphemauerunt, quae ante a principio diligentissime tractauit, ex quibus certo docemus, Nulla peccata esse tam enormia etiam Sodomitica, homicidiorum, periuriorum &c. nullas blasphemias esse tam horrendas, ut non remittantur uere pœnitenti & in Christum credenti, Quia Christus est agnus Dei qui tollit peccata mundi. Quid hic periculi est miseris peccatoribus? Quid cupis amplius? Si ultra hæc uolueris etiam esse Diabolus, hostis Dei & Christi, impugnatione agnitæ ueritatis, nō accusato sententiam Christi, in extremo iudicio, q̄ Diabolus nō habet remissionem peccatorum, quemadmodum a principio apertissime declarauit. Tunc erat pericolosum, quando faciebant multas species peccati in Spiritum sanctum, præsumptionem, desperationē, inuidentiam fraterne gratiae, obstinatiam, impugnationem agnitæ ueritatis, finalem in pœnitentiam. Hic facile ueniebat in mentem timidis & laborantibus conscientijs, Veh mihi, Ego peccauit in Spiritum sanctum, Ego præsumpli, Ego desperauit &c. quibus suggerebat Diabolus sententiam Christi, Ergo non consequeris remissionem peccatorum, cum tamen miseri homines nullo modo blasphemasset Spiritum sanctū, Nam qui blasphemant Spiritū sanctū, non ita terrentur suis conscientijs, non sunt solicii de remissione peccatorum, ut pœnitentiam agant, sed pergunt blasphemare, suo ipsorum iudicio condemnati, ut dicitur Tit. iiiij. Qui nunc præsumit, postea potest coram Deo humiliari, Qui nunc desperat, postea potest in spem erigi, ut dicit Poeta, Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus, De⁹ ipse admonebat Cain inuidentem fraterne gra

DE BLASPHEMIA

siæ ad poenitentiam, & Cain remissionem peccatorum accepisset, si obediens Deo poenitentiam egisset. Similiter qui nunc obstinatus est, postea potest ad Christum conuerti. Impugnationem ueritatis agnitorum non satis explicabant, ut homines coniicerent in hanc speciem etiam uulgaria mendacia contra quamcumq[ue] ueritatem. Quid uero huc attinebat recensere finalem in poenitentiam, quando nemo dubitat illum nunquam alsequi remissionem peccatorum, qui nunquam agit poenitentiam? Pro concione docuerunt suos auditores etiam pueros confiteri in illa auriculari confessione, Confiteor etiam quod peccavi peccatis, quæ grassantur in Spiritum sanctum, atq[ue] ita ex peccatis in Spiritu fecerunt uulgaria hominū peccata, quod erat impium & periculosissimum. Nam quid putas quosdam cogitasse & sensisse, qui postea uiderunt uel audierunt sententiam Christi contra blasphemiam in Spiritum sanctum?

Pij Doctores & prædicatores, metuentes ne hic negaretur remissio omnium peccatorum, studuerunt uulgarē Euangeliū sententiam, Qui non crediderit condemnabitur, huc affigere, quasi Christus hac sententia idem dicat & non aliud. Et licet alijs uerbis & uarijs, id est, alio modo hoc dixerint, tamē in eam sententiam conueniunt fere omnes, quemadmodum & Pater Lutherus in breui Scholio in Mattheum, De qua re etiam ante dixi. Omnia quæ in Magistro Sent. lib. ij. dist. xlivij. dicuntur, periculoſe fere dicuntur, si conferantur cum sententia Christi, et nihil ibisatis dicitur ad sententiam Christi. Rectissime & sanctissime dicit Philippus in locis communibus, Quando mentio fit de sententia Christi contra blasphemiam in Spiritum sanctum, meminisse debemus.

debemus, quod non omnis lapsus post agnитam ueritatem
tēm iudicari debet peccatum irremissibile, testis est Ia-
pus Petri &c. Scio enim quosdam insultissime & im-
piissime dixisse, Peccatum in Spiritum sanctum esse,
quando aliquis scienter peccat, & facit illud, quod no-
uit esse malum, & a Deo prohibitum, atq; hoc uocau-
runt impugnare cognitam ueritatem, Quem bonum ho-
minem non perturbarent isti indocti a fini? David scilicet
potuit ignorare adulterium esse malum, homicidium
a Deo esse prohibitum? & quamuis per hæc fuit
damnatus, qui enim talia agunt regni hæreditatem non
consequentur, tamen non incidit in hanc Christi senten-
tiā.

Ideoq; præstiterit, ut a principio dixi hoc non dices
re peccatum, nisi cum addito, peccatum ad mortem, ut
Iohannes dicit, ne miseri peccatores illa humana pecca-
ta sua quantumcumq; etiam horrenda, per tentationem
& Satanæ suggestionem, in illud includant, se uocantes
se peccasse in Spiritum sanctum, & incidisse in senten-
tiā Christi, sed uocare siue dicere blasphemiam in Spi-
ritum sanctum, sicut Christus non aliter uocat. Cauen-
dum uero est, ne unquam uocemus lapsum post agni-
tam ueritatem, quia hoc non recte dicitur, & cum peri-
culo dicitur multarum conscientiarum: Hanc blasphem-
iam in Spiritum sanctum, certo ex scripturis facimus
tantum unum non humanum, sed plane Diabolicum
peccatum, quando homo degenerat in Diabolum, & su-
perbe contemnens Deum, ut Diabolus hostis filij Dei,
delectatur & studet odiſſe, blasphemare & impugnare
Dei ueritatem quam nouit, id quod uocamus, Impugna-
tionem agnitiæ ueritatis. Sic enim exposuit nobis Mar-

DE BLASPHEMIA
cus blasphemiam in Spiritum sanctum, Quia, inquit, di-
cebant, Spiritum immundum habet.

Itaq; tunc periculose pro uexatis & oppressis con-
scientijs docebant, quando nihil certi docebant de hac
sententia Christi, immo fallsum docebant, & distrahe-
bant in multas species peccatum in Spiritum sanctum,
Nunc autem nullum poenitentem peccatorem & ad
Christū conuersum offendit uel male habet, quod Chris-
tus pronunciat, istos non homines, sed Diabulos Han-
nam, Caipham & alios hostes Dei & Christi (ut Psal. ij.
dicitur) impugnantes agnitam ueritatem, non habere
remissionem in æternum, sed reos esse æterni delicti:
Nulli peccatori poenitenti & in Christum credenti, ne-
gamus remissionem ullius delicti etiam maximi, sed su-
scipimus omnes & absoluimus ab omnibus peccatis in
nomine Christi, qui est agnus Dei, tollens peccata mu-
di, quia mandatum habemus soluendi a peccatis, non
his aut illis, sed omniaib; omnes peccatores & peccatri-
ces ad Christum conuersos, qui damnat ipsi suos errores
& peccata & blasphemias, Quorum, ait Christus, remis-
sitis peccata, remissa sunt. Quis uero illos absolueret a
peccatis, qui contemnunt Euangelium remissionis pec-
catorum, quod tamen uident & agnoscunt esse uerita-
tem, & adhuc defendunt coram hominibus, sed malis
conscientijs, non dico suos errores, sed suam maliciam,
peccata & blasphemias.

Non mandauit nobis siue Ecclesiæ Christus iudici-
um de blasphemia in Spiritum sanctum, ut pronunciem.
Ecclesiæ. Iste blasphemauit Spiritum sanctum, ergo non habebit re-
missionem peccatorum in æternum, sed Christus sibi ipsi
seruauit hoc iudicium, & qui non mentitur protulit sen-
tantium

tentiam satis apertis uerbis, quam nos uenerari debemus non calumniari, negare, peruertere, aut interpretari siue commode siue incommodo, ut aliud significet quam sonat. Sic enim dicit. Omnia peccata remittentur hominibus, & omnis blasphemia qua homines blasphemauerunt etiam Deum, remittetur. Quid cupis amplius tu peccator? Ista sunt maxima peccata, sed tamen hominū & blasphemiae etiam pessimorum, quae omnia dicit Christus remitti hominibus, ne queraris & clamis per inuidiam uel etiam arrogantiam, doceri quod sit aliquid peccatum quod non remittatur. Statim uero addit Christus. Spiritus autem blasphemia non remittetur neq; in hoc seculo, neq; in futuro, id est, In æternum nō remittetur &c. Viderit Christus de sua sententia, nos ut non debemus, ita neq; possumus secundum eam iudicare, Gratias potius agamus Deo per Christum, quod uere poenitentes & in Christum credentes habemus remissionem omnium peccatorum & omnium blasphemiarum. Sit Christo gratia in æternum. Hoc quidem habeo mandatum, Blasphemantem & insanam doctrinam & impios cultus defendantem post unā & alteram admonitionem deuita, sed si idem postea humiliatus uenerit ad me, & uere resipiscens & ex animo condemnans errores & blasphemias suas, publice coram Ecclesia nostra, si publice Ecclesiam offendit sua blasphemia, rogauerit ueniam, ego non negligam erga eum ministerium meum, mihi a Christo mandatum, tantum abest ut recusem, & primum reconciliabo eum Ecclesie nostræ, mox absoluam eum ab omnibus peccatis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & dabo ei publicum testimonium, si opus fuerit, ad alias Ecclesias, quas offendit, quod apud nos errorem & blasphemiam suam damnans publice ueniam postulauerit, quemadmodum Barnabas

DE BLASPHEMIA

Saulo siue Paulo publicum dedit testimonium coram Ecclesia, quod fideliciter esset conuersus ad Dominum, qui fuerat blasphemus & persecutor Ecclesiae & homicida, consenserat enim in necem Stephani &c. Sic enim dicitur Acto. ix. Barnabas appræhensum Paulum duxit ad Apostolos &c. Nihil itaq; desiderabit in nobis, qui ita reuertitur ad nos post blasphemiam & impugnationem ueritatis. Sed uiderit ipse num ex animo relipiscat & uere credit in Christum. In Christo est remissio omnium peccatorum, & redditus a morte ad uitam æternam, quod nesciunt Louanienses Scripturarij, in Scripturis sanctis habent, immo asserunt pro sua autoritate Magistrali Scripturarum sanctas huic fidei aduersari, quorum AntiChristianam temeritatem tota sacra scriptura per Euangelium damnat.

Neminem itaq; iudicamus secundum hanc Christi sententiam, quod sit in æternum condemnatus & non habeat remissionem peccatorum in æternum, quia hoc iudicium non dedit Ecclesiae, sed seruauit sibi ipse qui protulit sententiam, non opus est ut contendamus de sententia Christi, qui sit intelligenda. Apertissimis uerbis expressa est, Omne peccatum remittetur hominibus, Omnis blasphemia remittetur hominibus, Exemplum Paulus, Massases &c. Qui autem blasphemauerit in Spíritum sanctum, non habebit remissionem in æternum. Quia ait Marcus dicebant, Spíritum immundum habet, quoniam uero hi non sint homines, sed Dœmones, &c. Iohannes idem dicit de remissione omnium peccatorum, sic. Omnis iniurias est peccatum, & est peccatum non ad mortem (sic enim legi debet) id est, habet remissionem peccatorum. Est autem quoddam peccatum ad mortem, non dico ut pro eo quis oret, Christus in cruce orat pro crucifixorib^z, sed.

Sed ignorantibus. Similiter & Stephanus &c. Ut nunc nō dicam, quod nos non possumus uidere & cognoscere cor hominis Impugnantis ueritatem, num cognoscat quam impugnat ueritatem, quod solus Deus uidere potest, qui in filio suo, quem constituit iudicem uiuorum & mortuum, hanc protulit sententiam. Exequetur eam qui protulit non dubijs uerbis, sicut exequitur eam contra diabolum, qui ex angelo hostis filij Dei factus in cœlo agnitam impugnauit ueritatem, quemadmodum Christus dicit. In ueritate non sterit, sed in mendacium incidit & blasphemiam, ita ut, cum nunc loquitur non aliud quam mendacium, ex proprijs loquatur, quia mendax est & pater mendacij, & homicida in paradiſo ab initio. Ex patre Dia**bolo** sunt, non ex Deo patre, qui agnitarū impugnant ueritatem blasphemii siue mendaces & homicidæ, sicut Diabolus est. Si, inquit, ueritatem dico uobis, cur non credatis? Qui ex Deo est uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis, sed estis ex patre uestro Diabolo, & Diaboli opera facitis, id est, mendaces estis uestra falsa doctrina, & homicidæ Euangelij persecutio-ne &c. quæ omnia legis Ioh. viii, ne irrascaris sententiæ Christi, quod isti ex hominibus Dœmones facti non habent remissionē suæ blasphemiarum, interim manente remissione omnium peccatorum Ecclesiæ Christi, pro omnibus peccatoribus uere poenitentibus & in Christum creditibus. Possum uidere Dœmones & quosdam homines diabolicos, qui hoc iudicio perierunt, non possum uidere quos isto iudicio damnum. Video & audio, heu nimium blasphemos & persecutores Euangelij Christii & Ecclesiæ Dei uiuentis, Impugnantes ueritatem num uero cognoscant quam impugnant ueritatem uidere non possum. De hoc uiderit Christus qui protulit sententiam,

DE BLASPHEMIA.

Ecclesia Christi retinet hoc Euangelium. Omnia peccata remittuntur hominibus, & omnis blasphemia remittitur hominibus, & nulli peccatori uel maximo reuertenti et in Christum credenti claudit gremium, sed ultro per Euangelium, quemadmodum habet mandatum, aduocat ad Christum omnes peccatores & peccatrices, & absoluunt ab omnibus peccatis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Interim iudicium relinquit Christo cordium cognitori, qui sint hostes Christi blasphemantes Spiritum sanctum, id est, impugnantes agnitam ueritatem.

iudicium Ec-
clesie.

Tamen Christus & Paulus & Iohannes, iubent Ecclesiam Christi, proprius accedere ad hoc iudicium, ut cognoscamus eos certis signis, ad hoc solum, ut iudicemus eos temporaliter, id est, condemnemus eos excommunicazione, & separemus eos ab Ecclesia nostra, ne seducant alios sua blasphema doctrina, & extrusos committamus iudicio Dei, secundum illud, Ligatis manibus & pedibus proiecite eum in tenebras, quae extra sunt, ibi erit fletus & stridor dentium. Christus iubet, Attendite a Pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus aurem sunt lupi rapaces, & addit signa unde cognoscantur, quos intrinsecus uidere non possumus. Ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos, id est, ex doctrina eorum, quod non sunt oves, id est, Christiani, qui uocem pastoris Christi audiunt, sed lupi rapaces, mendaces & homicidae. Cauete ab eis, id est, arceate a stabulis lupos rapaces, ejcete ex consortio vestro. Hoc est iudicium nostrum nobis a Christo mandatum, quod nobis non est negligendum, nisi uelimus ouium Christi esse proditores. Paulus per Spiritum sanctum iubet, Blasphemum, peruersa docentem hunc haereticum hominem,

SPIRITVS.

CCCCXLIII.

hominem post unam & alteram admonitionem, id est, postquam lemel & iterum per scripturas sacras & Euangelium Christi a nobis de mendaci doctrina conuictus est, deuita, sciens ex certis hisce signis, quod post unam & alteram admonitionem non resipiscit, led manet pertinax in gloriose & mendaci doctrina sua contra suam conscientiam, quod qui huiusmodi est subuersus est a Satana, & peccat porro suo ipsius iudicio condemnatus, id est, impugnat ueritatem agnitam, hostis filij Dei & Ecclesiae sanctae. Deuita, id est, habeto eum pro excommunicato, & extra consortium omnium electorum maxime Sanctorum doctorum electo, & publice eius blasphemam doctrinam damnato. Hoc iudicium non est nobis negligendum, ut simus solliciti pro Ecclesia Christi, ne quis seducatur. Non moremur insanas uoces blasphemantium & contemnentium nos, cum dicunt de nobis. Isti homines sunt superbi, neminem sustinent, qui melius sapit & magnificenter docet quam ipsi, nos sumus multo doctiores &c. quia Christus ait, Sic fecerunt & Prophetis, qui fuerunt ante uos, Gaudete & exultate &c. Et hoc ipsum accidit etiam Iohanni per Diotrephen, superbum & arrogantem Episcopum, quemadmodum Iohannes scribit Epistola tertia, Scripsi Ecclesiae, sed is qui amat principatum gerere in eis Diotrepheus non recipit nos, propter hoc, si uenero, iudicabo opera illius quae facit, uerbis maliciosis garriens in nos, & ne hoc contentus, non solum non recipit fratres, sed etiam uolentes recipere prohibet & a congregatione ejicit. Porro Iohannes in Epistola dicit de blasphemis & seductoribus, Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt. Quo uerbo damnat eos non esse Christianos, sed seductores Antichristianos, & addit certum
b ij signum,

DE BLASPHEMIA

signum, quod non fuerunt ex nobis. Si, inquit, fuissent
ex nobis, mansissent utiq; nobiscum in sana doctrina
Christi, sed ut cognoscatis, quod non omnes sunt ex no-
bis. Haec cognitio non est nobis negligenda, quando uis-
demus quosdam per arrogantiam se separare a nostra do-
ctrina, & audimus quod per contemptum male de no-
bis loquuntur, quemadmodum Iohannes Montanus a-
pud nos, qui ita discedens a nobis amauit alibi principia
tum gerere, ut scriberet blasphemiam contra coenam
Dominicam, & horrendas blasphemias contra diuinam
Trinitatem, contra Spiritum sanctum. Si qui, postquam
exierunt ex nobis, possunt reuerti ad Christum & ad ue-
ritatem quam impugnauerunt, ut dictum est, recipie-
mus eum, ita ut confundatur de mendacio suo, quo iac-
ctauit nos esse superbos &c. Non negabimus ei re-
missionem peccatorum, uiderit tantum ipse num ex a-
nimō petat reconciliationem. Sed ego nullum exem-
plum tibi dare possum, quod aliquis, qui post unam &
alteram admonitionem exierat a doctrina & consortio
Sanctorum, est per ueram poenitentiam reuersus.

Linquo igitur Christo suum illud iudicium & sens-
tentiam de blasphemia in Spiritum sanctum, & retineo
cum gratiarum actione beneficium Christi datum a Deo
patre Ecclesiae, uidelicet, quod per solum Christum &
propter solum Christum habemus credentes in Chris-
tum remissionem omnium peccatorum & uitam æter-
nam, nec est ullum peccatum, quod non remittatur poe-
nitenti & in Christum credenti. Sit Christo gratia in æ-
ternum. Quapropter, bone lector, si post hanc nostram
informationem, quam ex sacris literis, non ex nostra op-
pinione dedimus, uisum tibi fuerit disputare, quod nam
sic

SPIRITVS. CCCCCXLIII.

Si peccatum ad mortem, siue quæ nam sit blasphemia in
Spiritum sanctum, per me licebit, quamuis ne hoc quis-
dem suaserim. De sententia autem Christi, Non remis-
tetur in æternum, caue ne disputes, ne cauilleris, ne que-
ras aliter interpretari, quia apertissima uerba sunt, si to-
tam orationem Christi inspexeris de remissione omni-
um peccatorum & omnium blasphemiarum, Mar. iii.
&c. contra quam omnes interpretes hactenus suis ex-
positionibus nihil effecerunt. Caue etiam, ne tibi acci-
dat disputando, quod illis, quorum aliqui de blasphemia
Spiritus dixerunt, quædam periculosa conscientijs
tentatorum, ut supra dixi, Quædam etiam impia, ut
qui im' Magistro Sententiarum dixerunt, Hoc pec-
catum esse irremissibile, quod interpretati sunt, id est,
difficulter remissibile, quædam autem ridicula, ut Eras-
mus in annotationibus, cum dicit Iohannes, Non dico,
ut pro eo quis oret. &c. Sanctus Ambrosius, qui solet
aliquid certum dicere de blasphemia in Spiritum san-
ctum, ita ut principio legisti, cum urgeretur ab impijs No-
uarianis, per uerbum Iohannis, Est peccatum ad mor-
tem, non dico, ut pro eo quis oret, siquidem impie nega-
bant poenitentiam lapsis, & dicebant se recte facere se-
cundum doctrinam Iohannis, non potuit uidere in uer-
bis Iohannis esse sententiam Christi de blasphemia
Spiritus. Ideo exposuit uerba Iohannis contra Noua-
rianos, ita ut ridiculum se preberet Nouarianis, uidelicet,
Ne pro eo oret quis ex uulgo, sed pro maximo de-
lecto magni uiri orare debent, uide hæc in uerbis eius,
libro primo de poenitentia, capite nono. Aliter erat re-
spondendum blasphemis Nouarianis ex uerbis Iohan-
nis, uidelicet, quod si non resipiscerent, hæc uerba di-
ga esent contra ipsos.

b. iiiij. Hæc

DE BLASPHEMIA

Hæc dixi de blasphemia in Spiritum sanctum, quāram ex Marco ex alijs scripturis & exemplis statuo esse impugnationem agnitæ neritatis, uidelicet diabolicum peccatum, pluribus uerbis quam fastidiosus lector requirebat, sed ego uolui de hac Christi sententia non dicere periculose, ne quis suspicaretur esse aliquid peccatum, quod non remittatur poenitenti & in Christum credenti, Ideo dixi multa ex scripturis, quod credentes in Christum accipimus remissionem omnium peccatorum & uitam eternam, & amoui certis scripturis & ex ratione fidei Christianæ obſtacula, quæ aduersarij Euangelij obſciunt contra Gratiam Dei in Christo, uidelicet de charitate siue bonis operibus, de promissionibus & reconciliationis propter solum Christum, & Legis propter opera filiorum Dei, Dixi, inquam, hæc omnia, contra hostes Euangelij, in primis contra blasphemos & homicidas & blasphemos Theologos Louanienses, & qui sensiunt & blasphemant cum ipsis, ut integrum seruemus in Ecclesia Sanctorum remissionem omnium peccatorum, & non irascamur Deo, propter horrendam Christi sententiam, quod non remittit Diabolo blasphemiam in Spiritum sanctum, nec diabolis hominibus, qui hostes uerbi Domini & Euangelij Christi, oderunt, blasphemant, impugnant agnitam ueritatem.

Soli Deo cum Filio & Spiritu sancto, sit gloria in Ecclesia Sanctorum, in

omnia saecula
saeculorum,

A M E N.

Sequuntur

SEQVNTVR

THRENI IEREMIÆ
PROPHETAE.

CAPVT PRIMVM.



Vomodo Ciuitas sedet solitaria
quæ erat Populosa, quasi Vi-
dua, quæ erat domina inter gen-
tes? Regina prouinciarum tri-
butaria facta est.

Plorat noctu ita ut lachrymæ eius
sint in maxillis eius, non est ex omnibus amicis ei
usqui consoletur eam, Omnes proximi eius con-
temnunt eam, facti hostes eius.

Exulat Iuda in afflictione & graui seruitute, Ipsa
habitat inter Gentes, nec inuenit requiem. Om-
nes persecutores eius male tractant eam.

Viæ ad Zion lugent, eo quod non sint qui ueni-
ant ad solennitatem. Omnes portæ eius sunt de-
sertæ. Sacerdotes gemunt, Virgines eius squali-
de sunt & Ipsa est in moesticia.

Hostes eius Caput facti sunt, Inimici eius bene ha-
bent, Quia Dominus afflixit eam, propter mul-
titudinem iniuriarum eius, Et parvuli eius ca-
ptivi coram hostibus abducti sunt.

c Abijt

THRENI

Abijt a filia Zion omnis ornatus eius. Príncipes eius sunt ut arietes pascua non inuenientes, & deficientes abeunt ante faciem coactoris.

Recordatur nunc Ierusalem in afflictione & desertione sua, omnium bonorum suorum, quæ habebat ab annis olim superioribus, quod omnis populus eius sub hoste iacet, & non est ei auxiliator. Hostes uident in ea quod uolunt, & derident Sabbathus eius.

Ierusalem peccauit, Propterea ut menstruata facta est. Omnes qui glorificabant eam spernunt eam, quia uident turpitudinem eius. Ipsa autem gemit retrouersa.

Immundicies eius adhaeret simbriæ eius, non præuidebat sibi haec tandem uentura, Deiecta est uehementer, nec habet consolatorem. Vide Domine afflictionem meam, quia gloriatur inimicus.

Hostis manum suam misit ad omnia expetibilia eius, Ipsa enim uidit Gentes ingredi in Sanctuarium suum, de quibus præcepisti ne sint quidem in congregazione tua.

Omnis populus eius gemit, & mendicat panem, preciosa sua dant pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine & considera, quam uilis ego facta sum.

O uos

I E R E M I A E : CCCCCXLVI.

O uos omnes qui pertransitis, Considerate & ui-
dete, num sit aliquis dolor, ut dolor meus qui
apprehendit me. Quia Dominus afflixit me in
die furoris sui.

De excelso misit ignem in ossa mea grassantem,
expandit rete pedibus meis, & retro egit me,
Fecit me solitudinem, ut lugeam quotidie.

Euigilauit iugum iniquitatum mearum per ma-
num eius, quæ multiplicatae impositæ sunt col-
lo meo, ut languescant omnes vires meæ. Sic
Dominus afflixit me ut resurgere non possim.

Dominus protriuit omnes fortes quos habe-
bam, indixit aduersum me Festum diem, ad con-
terendum robustos iuuenes meos. Torcular
calcauit Dominus uirgini filiæ Iuda.

Iccirco ego ploro, & oculi mei fluunt aquis, quia
longe abest consolator qui refocillet animam
meam, perditi sunt filij mei, quia præualuit ini-
micus.

Zion expandit manus suas, non est qui console-
tur eam. Dominus enim mandauit hostibus su-
is in circumitu Iacob, ut Ierusalem sit ut men-
struata inter eos.

Iustus est Dominus, quia inobediens fui ori eius:
Audite uniuersi populi, & considerate dolos-
rem meum. Virgines mei & iuuenes mei abie-

THRENI

runt in captiuitatem,

Vocaui amicos meos, sed ipsi deceperunt me. Sa-
cerdotes mei & Seniores mei defecerunt fame
in ciuitate, quia querunt panem quo refocillent
animam suam.

Vide Domine quam anxia sim, ita ut & uenter me-
us conturbetur, et euersum sit cor meum in me-
metipsa, quoniam ualde afflcta sum, Foris gla-
dius, domi mors me uiduam facit.

Auditur gemitus meus, et tamen non habeo con-
solatorem. Omnes inimici mei audiunt malum
meum & laetantur. Hoc tu facis. Adduc diem
quem indicis, ut eis fiat quod nunc mihi.

Veniat omnis iniquitas eorum, sub conspectum
tuum, & uindemia eos, sicut me uindemias
propter omnes iniquitates meas. Multus enim
est gemitus meus, & moeret cor meum.

Threni.

In hisce Threnis, id est, Lamentationibus, siue plan-
etu, deflet Propheta uastatam Hierosolymam & regnum
Iuda, & populi miseram captiuitatem, quam auertere
Dei comminationibus & promissionibus non potuit,
propter populi incredulitate & uerbi Dei coterium.
Subinde uero promissionibus Dei se se consolatur & po-
pulum, atque precibus suis committit hanc causam Deo,
qui est pater miserorum, & uel in tribulationibus inuo-
cantibus omnia peccata remittit. Nihil hic de passione
Christi dicitur, quemadmodum ista torserunt eo in Ec-
clesijs.

IEREMIAE. CCCCCXLVII.

clesijs sub Papa, qui nullam certar sententiae ex scripturis
sanctis habuerunt rationem.

Quod uero hic singuli uersus in hebræo, singulis lis-
teris secundum ordinem Alphabeti incipiunt, sicut etis-
am in quibusdam Psalmis, ad iuuandam memoriam,
(dum hæc sine libro canuntur) puto factum, ut apud
nos est carmen Sedulij, A solis ortus cardine, Non cre-
do alio pertinere hunc alphabeticum ordinem. Edidit
& alios Threnos Ieremias, qui nunc non extant, ut no-
tum est ex ij. Para. xxxv, unde notum euadit, quod Ie-
remias apud hebreos carmine lugubri excelluit.

DOMINA: Olim ut in tempore Dauidis &
Salomonis, qui subiectas etiam Gentes habuerunt, lege
ij. Reg. & ij. Reg. &c.

NOCTV: Quando alijs quiescunt & somno
recreantur, Hoc est, Dolor eius est perpetuus, qui ne
noctu quidem cessat.

EX Amicis: Id est, confederatis eius Aegy-
ptijs, Syris &c. Item Amici etiam fuerunt Sacerdotes &
falsi Prophetæ, qui magna promittebant, & ad alienum
Dei cultum populum prouocabant.

LVGENT: Id est, desertæ sunt. Populus cū
gaudio & canticis læticie, ex omnibus nostris terris, so-
lebat huc, in Pascha & alijs Festiuitatibus, secundum le-
gem, properare. Nunc nemo uenit uastato Sanctuario:
Pro læticia Dei quam contempsumus, uenit nobis tristis-
cia Diaboli, quam quæsiuimus repudiato Dei uerbo, Pe-
riit populus & cultus Dei &c.

CAPVT: Id est, Dominatores nostri, Nos
autem facti sumus Cauda, id est, servi & postremi, secun Caput.
dum maledictionum legis, Deut. xxviiij. Cauda.

c. iiiij. Deriz

THRENI

DERIDENT Sabbathum: Id est, omnem cul-
tum uerbo Dei institutum.

VT menstruata: Volui dicere sic, ut intellige-
res mulierem menstrua patientem, quae est immunda se-
cundum legem & uitatur ab omni iudicio, quam immundi-
ciam etiam infra dicit, Immundicies eius adhaeret simo-
briæ eius &c.

Securi. NON præuidebat: Quemadmodum & Chri-
stus de uastatione Hierosolymorum per Romanos di-
cit, Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis &c. Se-
cura nimis erat Ierusalem, contra D E V M & Dei uer-
bum.

*Apud Domini-
num miseri-
cordia.* VIDE Domine: Unicum solacium est, in ad-
uersis confugere ad Deum liberatorem, De quo Haba-
eas, Cum iratus fueris misericordiae memor eris, Dua-
bus uero rationibus postulat auxilium, cum propter ne-
cessitatem nostram, tum propter aduersariorum blas-
phemiam in Deum & doctrinam nostram iactatam, ut
eadem saepe uides in Psalmis.

PRÆCEPISTI: Hæc dicit de Ammonitis &
Moabitis, ut uides Deute. xxij. His una cura uidetur
fuisse in uastatione Hierosolymorum, prophanare San-
ctuarium siue Templum &c.

OMNIS populus: Id est, pessime habentur
& tractantur in captiuitate.

O uos omnes: Prosopopeia est. Ierusalem lo-
quitur, uel in persona populi afflitti, hec dicit Propheta.
Hæc ualde afficiunt & mouent auditorum affectus quan-
do canuntur.

EVIGILAVIT: Iugum & grauitas peccati
dormit

IEREMIAE. CCCCCXLVIII.

dormit & quiescit, quando non sentitur in conscientia, peccatum dor
quemadmodum Deus dixit ad Cain, Et Paulus Ro. vii. mit.
Concupiscentiam nesciebam, sed cum coepit nos Deus Euigilat.
us iudicare in conscientia per legem & punire, tunc eius
gilat iugum peccati, & iniquitates multiplicatae, id est,
colligatae ut grauis sarcina uel graue iugum, imponun
tur super collum nostrum, ibi nobis desperandum est, ni
si adsit redemptor Christus, Nunc, inquiunt, tandem
sentio peccatum, quod ante contemnebam.

FESTVM diem: Videlicet quo mactantur
multa sacrificia, Ita Deus Festum fecit Gentibus contra
nos mactandos, optimos ex nobis occidendos. Torcu
lar &c. Id est, Dominus presit regnum Iuda & expres
sit sanguinem eius per Gentes, ut per torcular &c.

IVSTVS: Hæc confessio & peccati agnitus Peccatum po
initium est salutis, modo non diffidas de Dei misericordia, puli contem
dia, id est, credas in Christum. Per totum Ieremiam et in psalmus uerbi.
omnibus Prophetis & in Mose, Hoc est peccatum pro
pter quod perierunt Iudei, quod ori Domini non obe
dierunt, sed saepe rebelles fuerunt contra uerbum Dei,
id quod hodie nostri Papistæ, ut non credunt, ita non
metuunt.

VOCAVI amicos: Id est, Sperauit in auxilio
Aegyptiorum & aliorum, & in cultu Dei blasphemó.

SACERDOTES: Scilicet in obsidione Hies
rosolymorum.

VENTER meus: Id est, Corpus meum & in
testina mea.

FORIS gladius: Hoc imitatus etiam est Pau
lus ex cantico Molis, Foris, inquit, pugnæ, intus timo
res.

c. iiiij Adduc

THRENI

ADDVC diem: Fac etiam uicisim nobis festum diem contra hostes nostros Babylonios, ut uideamus etiam in eis quod uolumus, id est, cum uoluptate uideamus ultionem in eos, quemadmodum indicis, id est, promittis in Prophetis.

VENIAT: Ut non amplius dissimiles uicem reddere superbis hostibus, qui iudicant te nunc non uideremus ipsorum maliciam & iniurias.

II.



Vomodo obscurauit furore suo Dominus filiam Zion: Projecit de Cœlo in terram gloriam Israel, Non est recordatus Scabelli pedum suorum in die furoris sui.

Dominus deleuit omnia habitacula Iacob citra misericordiam, Destruxit in furore suo munitio-nes filiae Iuda, & deiecit ad terram, Execravit & Regnum & Principes eius.

Cofregit in ira furoris sui omne cornu Israel, Retraxit dexteram suam ueniente inimico, & succedit ignem in Iacob, qui uorat circumquaque. Tendit arcum suum, quasi inimicus, parauit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne quod delectabile erat iusu, effundens, ut ignem furem suum, in tabernaculo filiae Zion.

Dominius

IEREMIAE. CCCCCXLIX.

Dominus est ut inimicus, Deleuit Israel, deleuit omnia palatia eius, destruxit munitiones eius, & multiplicauit filiae Iuda clamorem & tristiam.

Dissipauit tentorium suum ut hortum, demolitus est habitaculum suum. Dominus in obliuionem fecit abire Festiuitatem & Sabbatum in Zion, & in ira furoris sui opprobrium fieri & Regem & Sacerdotem.

Abiecit Dominus Altare suum, execravit Sanctuarium suum, tradidit muros palatiorum eius in manus inimici, ut clamarent in domo Domini si cut in die solenni.

Cogitauit Dominus dissipare muros filiae Zion, Extendit regulam suam super eam, & non auer tit manum suam, donec demoliretur eam, Antemuralia lugent, & murus misere iacet.

Portæ eius in terram demersæ sunt, Confregit ueteres eius & comminuit. Reges eius & Principes eius sunt inter Gentes, ubi non est cultus Legis, & Prophetæ eius non inueniunt Visionem a Domino.

Senatores filie Zion iacent super terram & silent, Conspergunt cinere capita sua, induti saccis, Demittunt ad terram capita sua uirgines Ierusalem.

d Deficiunt

THRENI

Deficiunt prælachrymis oculi mei, ut turbentur
inde viscera mea, Effusum est in terram iecur me
um, propter contritionem filiæ populi mei,
quando deficiebant lugentes & infantes in pla
teis Ciuitatis.

Cum dicerent matribus suis, Vbi est panis & ui
num? quando deficiebant in plateis Ciuitatis
quasi uulnerati, & expirabant in brachijs ma
trum suarum.

Cui te comparabo, & cui te assimilabo filia Ierusa
lem? Virgo filia Zion cui exequabo te ut te
consoler? Magna enim est uelut mare calamis
tas tua, quis te sanaret?

Prophetæ tui prædicauerunt tibi uanas & stultas
Visiones, & non aperiebant tibi iniuriam tu
am, ut auerterent a te captiuitatem tuam, Prædi
cauerunt tibi uanam prædicationem, ut te ejice
rent ex terra.

Omnes prætereuntes plaudunt manibus, sibilant
& mouent capita contra filiam Ierusalem, Hac
cine est Ciuitas, de qua dicitur, quod sit pulcher
rima, gaudium totius terræ?

Omnes inimici tui aperiunt os suum contra te, si
bilant & frendent dentibus suis, dicentes, Euge,
Deleuimus eam, Hunc diem desiderauimus,
Affecuti sumus, uidemus.

Dominus

Dominus fecit quæ cogitauerat, compleuit uer-
bum suum quod mandauerat iamdudum olim.
Citra misericordiam uastauit, Inimicum contra
te letificauit, & exaltauit cornu hostium tuorum.

Clamet cor eorum ad Dominum, O muri filiæ
Zion, non cessate plorare die ac nocte lachry-
misceu torrente, non cessate pupillis oculorum
uestrorum.

Surge noctu & clama, effunde cor tuum in uigilia
prima apud Dominum uelut aquam, leua ma-
nus tuas ad eum propter animas paruulorum
tuorum, qui fame deficiunt, in ingressu omnium
platearum.

Vide Domine & considera quem uindemiaueris
ita, Ergo ne comedent mulieres fructum uteri
sui paruulos ad mensurā palmæ: & occidentur
ita Prophetæ & Sacerdotes in Sanctuario Do-
mini:

Iacent in plateis super terram iuuenes et senes. Vir-
gines meæ, & iuuenes gladio occubuerunt, Oc-
cidisti in die iræ tuæ, Mactasti citra misericor-
diam.

Vocasti inimicos meos in circumitu, ut ad diem
Festum, ut nemo aufugerit & reliquus sit in die
iræ Domini, Quos enutriui & educaui inimi-
cus perdidit.

THRENI

Omnis tentatio noī uidetur æquari illi, qua Deus
Tentatio mā ipse uidetur inimicus factus, quā hic describitur, Sed
xīma quando additur, Vide Domine & considera, quem ita vindemias
Deus uidetur aueris. Sic & Psalmus, Domine ne in furore tuo arguas
inimicus. Miserere mei Domine &c.

**Sebellum pe-
dum Dei.** DE Cœlo : Quia populum qui Dei esse debebat, abiecit quasi Gentes. Scabellum autem pedum Dei, aut totum populum intelligit, in quo requiescebat Deus, aut certe arcam & propiciatorium illud, quod erat in Sanctis Sanctorum, ubi promiserat Deus se sessurum & exauditum intocantes. Sed non profunt Sancta, non Sanctis, qui contemnunt Sanctum DEI uerbum, quo solo omnia sanctificantur, lege cap. viij. Nolite considerare in uerbis mendacijs, dicentes, Templum Domini &c.

Cornu. CORNV dicit Regnum siue potentiam, mo-
re hebræo, ut sæpe in Psalmis.

DISSIPAVIT : Sicut quando porci dissipant uineam, Psal. Vastauit eam aper ex sylua. Habitaculum uero dicit, populum illum & templum ubi uerbum erat &c.

**Normarē
gula.** REGVLAM destruendi, quemadmodum est regula & perpendicularum ædificandi, Mensura destruendi transiit non super partem Ierusalem, sed super omnia etiam Sacra Dei

**Extra Ierusa-
lem non est
cultus Legis
Mosis.** NON est usus legis, heb. Non est lex, id est, exercere cultum Dei secundum legem inter Gentes, nec audiunt ibi Prophetas & sacras conciones, ut hic solebat fieri, quasi dicat, Abiecti sunt non solum a terra sua sed

IEREMIAE.

CCCCCLI.

sed etiam a Deo suo ad Gentes. Prorsus in manu Dia-
boli est homo, qui non habet uerbum Dei, Christus di-
cit, Ambulate in luce dum lucem habetis, ut filii lucis si-
tis. Tamen Deus in captiuitate dedit illis insignes Pro-
phetas Ezechielēm, Danielēm & Sacerdotes, Legis do-
ctores Esdrām, Neemiam &c. Verum hic Propheta tur-
batus, ut homo pius, metuit ne prorsus ibi a uerbo Dei
deserantur, quod interim omnium malorum est remedi-
um & medicina, Visionem autem more hebræo prophe-
tiā uocat & Dei reuelationem, Id quod Paulus elegan-
tissime imitatus Col. ij. dixit, In ihs quæ non uidit &c.

EFFVSVM est: Dolor nimius opprimit me,
ut uideantur intestina mea effundi p̄æ dolore, Nam ut
Sapiētes in ſcōre amorem conſtituant, ita rurſum il-
lic cauſam iræ & insaniæ eſſe dicunt.

QVANDO deficiebat &c. ſcilicet p̄æ fame
in obſidione.

MATRIBVS: Pathos eſt, Significat quid mi-
ſeræ matres paſſæ ſint, ut & in cap. iiiij. Coxerunt filios
ſuos &c.

PROPHETÆ tui: Hoc erat populi pecca-
tum, quemadmodum per totum Ieremiam diximus. Do-
minus irritatus illis falsis p̄ædicationibus & falſo cultu
Dei eiecit populum ex terra. Noſtri Papistæ ſuas adin-
ventiones & ſomnia mentiuntur & blaſphemant falſu-
tem eſſe animarum &c.

CLAMET &c. Hoc eſt, Ista miſeria nulli pro-
ponenda eſt niſi Deo. In hac calamitate nullum eſt reme-
diū, ad niſil confugiendum eſt niſi ad Dominum.
Prouocandum eſt ab irato iudice Deo ad Patrem miſer-
iā iij. ricordia

Peccatum po-
puli.

Tantum ad
Dominum.

THRENI

ricordiarum Deum, qui confugientibus pater est, ut
cungs uel propter peccata afflictis. Hunc enim honorem
uult sibi haberi Dominus, qui non despicit cor contris-
tum & humiliatum.

PARVULOS ad mensuram palmæ scilicet
existentes, id est, recens natos. Hæc mala adhuc magis
horrenda describit Iosephus eis accidisse in obsidione
Romana. Ergo ne icom edent &c. id est, an dignum tibi
uidetur, ut ista indigna & horrenda accidunt nobis?

III.

Ego sum uir miser, qui cogor uide-
re uirgam furoris eius. Induxit et
ire me fecit in tenebras & non in
lucem, Manum suam uertit in
me, & agit aliter in me perpetuo.

Vetus tam fecit carnem & pellem
meam, & ossa mea confregit. Circumuallauit
me, & circumdedicit me felle & labore, Colloca-
uit me in tenebras ut sæculo defunctos.

Circumædificauit aduersum me, ne euadam, In du-
ros compedes coniecit me, Etiam si clamem &
uocem, tamen obstruit aures precibus meis.
Conclusit uiam lapidibus quadris, & semitas
meas subuertit.

Insidiatus est mihi sicut ursus, sicut leo in abscon-
dito, Non sinit me inuenire uiam, Concidit me
& ad

IEREMIAE.

CCCCCLII.

& ad nihilū redegit me, Tētendit arcum suum,
& me posuit signum ad sagittam.

Misit in renes meos filias pharetræ suæ, factus
sum opprobrium omni populo meo, canticum
eorum quotidie. Satiauit me amaritudine, & po-
tauit me absynthio.

Confregit minutim dentes meos, conuoluit me in
cinere, Ex pace eicta est anima mea, ut obliuiscar
bonorum. Dixi, perīst fortitudo mea &
spes mea apud Dominum.

Recordare, obsecro, quoniam afflictus & dereli-
ctus sum, absynthio & felle potatus. Certe re-
cordaris, nam hoc mihi dicit anima mea, hoc
concipio corde meo, ideo adhuc spero.

Misericordia Domini est, quod non sumus con-
sumpti, nondum defecit miserationis eius, sed quo-
tidie mane noua est & magna est fidelitas tua,
Dominus est hæreditas mea, dicit anima mea,
ideo sperabo in eum.

Benignus enim est Dominus ihs qui expectant
ipsum, animæ querenti eum. Bonum est patien-
tiām præstare, & sperare auxilium Domini.
Bonum est uiro portare iugum in adolescen-
tia.

Vt derelictus patienter ferat, cum quid acciderit
ipsi, & abscondat in puluerē os suū, & sperans
d iiiij expectet

THRENI

expectet, & sinat interim percuti maxillam suam, & repleri opprobrio.

Non enim perpetuo abiicit Dominus, uerum contristat quidem, sed rursum miseretur secundum multitudinem misericordiae suæ, Non enim ex corde ipse affligit & contristat homines,

Quasi cuperet plane conculcatos, qui uincti sunt super terram, & causam eorum coram Dco esse iniustum, eosq; falso condemnari, ac si Dominus hoc non uideret.

Quis ergo audebit dicere, quod hæc fiunt Domino non mandante, & quod neq; bona neq; mala ueniant ex ore Altissimi? Quid ergo murmurant in uita homines? quisq; murmuret contra peccata sua.

Scrutemur uias nostras & exploremus, & reuertamur ad Dominum. Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in Cœlos. Nos, Nos peccauimus & inobedientes fuimus, propterea merito non pepercisti nobis.

Sed ira nos obruisti & persecutus es, & citra misericordiam iugulasti. Circumdedisti tibi nubem, ne pertransiret aliqua oratio. Lutum & immundiciam fecisti nos in medio populorum. Omnes inimici nostri aperuerunt super nos os suum, Premimur & fatigamur terroribus & angustia

IEREMIAE. **CCCCCLIII.**

gustia. Oculi mei fluunt riuis aquarum propter contritionem filiae populi mei.

Fluunt oculi mei nec cessant, quia non est ibi cessa^tio, donec consideret & uideat Deus de Cœlo. Oculus meus deprædatur uitam meam, propter filiam Ciuitatis meæ.

Inimici mei, quasi auem, aucupati sunt me sine causa, disperdiderunt in fouea uitam meam, & lapidibus obruerunt me, quin et caput meum aquis submerserunt, Tunc dixi. Perij.

At nomen tuum inuocaui Domine ex profundo fouæ, & tu exaudisti uocem meam, Ne abscondas aures tuas a gemitu & clamore meo, Accessde ad me cum inuoco te, & dic, Ne timeas.

Pratocinare Domine causæ animæ meæ, & libera uitam meam. Considera Domine iniuriam eorum aduersum me, & iudica pro me, Tu uides omnem eorum ultionem & eorum consilia aduersum me:

Tu utiqz Domine audis opprobria eorū, & consilia eorum aduersum me, labia aduersariorum meorum & conatus eorum quotidie, Considera, obsecro, siue sedeant siue surgant, ego sum canticum eorum.

Redde eis uicem Domine ut meriti sunt, Da eis terrorem cordis, & sentiant maledictionem tu-

THRENI

am. Persequere eos furore tuo, & dele eos sub
celo Domine.

Grauissima
tentatio.

In persona populi hæc dicit, Et addit hanc tentatio-
nem grauissimam, Sibi uideri, quod Deus etiam oran-
tem & inuocantem condemnnet & exaudire nolit. Id
quod non est uerum, sed tentatio est & fidei exercitium.
De impijs uero suam impietatem non agnoscensibus,
valde uerum est quod in Psalmis scribitur, Clamauerunt
nec erat qui saluos faceret, ad Dominum nec exaudiuit
eos.

Tenebras dicit miseriam & infelicitatem, more he-
breo.

Circumuallauit. Id est, Sic premit me Deus iudicio-
suo, ut non liceat aufugere uel euadere.

VRSVS: Id est, Apprehendit me Dominus
nihil tale metuentem, ut ursus uel leo prædam.

Fuclæ fidei in
iuocatione.

SIGNVM: Id est, scopum, quo omnes sua tela
faciunt.

FILIAS Pharetræ: Id est, Sagittas.

PERIIT spes mea: Hæc est grauissima tenta-
tio, quæ tendit ad desperationem, quasi Deus in æter-
num nos abiecerit, Hic opus est, ut faciat fidelis Deus
cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere, quæ
admodum Paulus dicit. Sicut & hic statim sequitur, Re-
cordare &c. Vbi in pugna fidei accesserit inuocatio, ui-
tæpti expositoria incipit inclinare ad tentatum, id quod norunt ex-
pertæ, ut uides etiam in Psalmis.

CERTE recordaberis: Vetus translator hic
dixit, Memoria memor ero, & tabescet in me anima
mea.

IEREMIAE: CCCCLIII.

mea, quod ipse sic intellexit, Recordabor peccatorum
meorum, unde anima mea turbabitur, uidens se pati que-
meruit. Ineptissime hoc Thomas Aquinas, uel quisquis
fuerit autor illius cantus, quem canunt de Festo suo
Corporis Christi, detorsit ad uerba Christi, Hoc facite
in mei commemorationem, ut reliqua pene omnia in il-
lo cantu ex scriptura ueteris instrumenti detorta sunt
&c. Et ut uideas quam nihil hoc sit, non habetur in he-
breo, Memor ero, sed, Memor eris, uidelicet tu Domi-
ne, id quod uel ex Lyrano potuissent admoneri. Vides *Respiratio fidei*
quam respiret his uerbis fides, & non desperet de misericordia in tenta-
tione dei & de promissionibus eius, quemadmodum despe-
rū addit, Misericordia Domini est, quod nondū sumus
consumpti, sed manserunt ex nobis reliquiae. Sed quo-
tidie mane, id est, a principio diei, non expectat usq; ad
uesperam, noua est, id est, experimur quotidie misericor-
diam Dei etiam in miserijs nostris. Magna est fidelitas
tua. Paulus, Fidelis est Deus qui promisit. Ne peccata
quidem nostra potuerunt efficere, ut in aeternum proij-
ceret nos Deus. Turpe mendum est, quod hic in ueteri
translatione legunt Noui pro Nouæ, scilicet, sunt
miserationes Dei diluculo, id est, quotidie mane. Et tur-
pissime exponunt, Noui, ut sit uerbum, Noui, id est, co-
gnoui, Diluculo, id est, a puero, quod magna est fides
tua, quemadmodum & Lyranus exponit, neglector
interim hebreæ lectionis, ut saepe alias.

DOMINVS est hæreditas mea: Amisis om-
nisbus, adhuc omnia habeo quando habeo Dominum.
Sic etiam in Psalmis, Portio mea Domine in terra uiuen-
tium. Item, Dominus pars hæreditatis meæ.

BENIGNVS: Id est, fauens & propicius. He *Euangelium*
e ii sunt *affidit.*

*Dominus alio
uitie nostre.*

THRENI

sunt meræ promissiones & consolationes Dei, in his Sa
tanæ turbis & turbinibus. Egregium hoc est Euange
lium afflictis conscientijs, quemadmodum & Christus
dicit. Pauperes euangelizantur, Bonum est uiro portare
iugum in adolescentia, id est, Subdi uerbo & uolun
tati Dei a puero & non ire absq; iugo, id est, contemnere
Dei uerbum & bonitatem. Talis patietur quidem in
mundo, sed patienter feret quando aliquo malo obrui
tur, Abscondit in puluerem os suum &c. Id est, non mur
murabit contra Deum, neq; turbidus erit aut clamabit,
sed tacebit & expectabit a Deo liberationem. Interim
fert ignominiam & crucem, certus quod non abiiciet
Dominus in aeternum, sed suo tempore declarabit misera
ricordiam suam &c. Talis ita tentatus & in fide exerci
tatus, ut Abraham, dicit cum Paulo Ro. v. Gloriatur
etiam in tribulationibus, quia tribulatio parit patienti
am, patientia probationem, probatio spem, spes autem
non confundit. Et cum Psalmista, Elegi magis abiectus
esse in domo Dei quam habitare in tabernaculis pecca
torum.

Monachale
sonnum ex
hoc loco.

Solitudo mala

Aduerte, quod hic in ueteri translatione non est
legendum. Quia leueauit se super se, sed tantum
quia leuauit super se, id est, onus accepit portan
tandum, Monachi, autore Hieronymo, hæc exponunt
de monachali & sua contemplativa uita, dicentes. Ius
gum Domini esse humanas obseruantias & ubseruan
tiarum regulas, & sedere solitarium siue derelictum &
tacere, esse manere in cella monachali, ab hominibus es
se separatum, id est, nulli seruire, sed pharisæica superbia
sentire, Non sum sicut cæteri hominum &c. Tunc alio
quis leuat se super se, id est, speculatur & contemplatur
tantum celestia, nescio que, alius forte absq; uerbo Dei
infidelis

infidelis & Dei & omnium rerum ignarus. Non exit, ne coinquinet pedes, ut exponunt ex canticis, quia mundus est, alij uero omnes immundi sunt. Charitate non uult seruire alijs, quo declarat se fidē non habere. Quem admodum quidam Anachoritæ patrem & matrem susam, ne ad colloquium uel conspectum quidem admittere uoluerunt. Et hanc impietatem iudicauerunt esse sanctitatem & perfectionem. Sed hac ratione diligenter cauent, quod hic sequitur, ne dent percutienti maxillam, ut Christus Matth. v. docet, Qui enim ne patrem quidem aut matrem admittunt etiam tuti sunt a percutiente. Ergo hic unus uersus debebat eos admonere, hic aliud dici, uidelicet non de Monachis aut electicia solitudine, sed de pijs, qui seruiunt alijs illic, ubi ueritas odium parit, & pro benefactis ingratitudo respondet, ubi non excogitantur exilia & crues, sed Dominus propter se & Euangellum & officium nobis commissum imponit nobis crucem & persecutionem, a qua postulamus liberari cum dicimus, Libera nos a malo, quemadmodum hic sequentia manifeste habent &c. Tamen si quis e turba egreditur ad orandum, meditandum, legendum, respirandum, quis non laudaret? atq; adeo quis non necessarium quandoq; duceret? sed ita tamen ut non negligamus nostrum officium. Sic Marci i. dicitur de Domino nostro Iesu Christo, Diluculo ualde surgens, abiit id desertū locum, ibi orabat. Sed mox deinde redit, ut predicet turbis, & sanet ægrotos. Et Mar. vi. ait discipulis Christus, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Causa huius additur. Nam erant qui ueniebant & redibant multi, & nec spaciū manducandi habebant. Et ascendentes in nanim, abierunt in desertum locum seorsum. Vide uero sequentia.

e iii Et

Solitudo bona

THRENI

Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & perdestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & praeuenerunt eos. Nunquid hic, ubi officium præstandum erat, prælegit solitudinem? Non. Ad solitudinem quidem uocauerat discipulos, propter ipsorum necessitatem, sed statim necessitate aliorum aliud postulante, turbis ipse cum discipulis seruit usq; ad uesperam. Sit itaq; solitudo quandoq; bona, non illa ociosa, superstitionis, monachalis, sed illa Christiana, de qua dixi. Negligere uero proximum, & non curare officium mandatum, est impietas & Dei contemptus. Verum in hoc loco Ieremiæ nihil de ea solitudine dicitur, sed potius hic est diues ualde promissio & consolatio afflictis, quam ineptuli hic sua solitudine obscurarunt, satis ridicule præter contextum,

*Corripit ut
pater, non ut
perdat.*

*Tentatio fidei
in persecutio
ne.*

NON enim ex corde: Affligit quidem nos, sed non ex corde, id est, non ad perdendum, sed ad emendandum, non ut conculcet uiuetos, id est, afflictos in terra, sed ut seruet & respiscere faciat, non ut causam eorum condemnet pro aduersarijs, hoc est, non ut declaret sic afflictos habere malam causam. non habere uerum Deum, ueram religionem, eos esse haereticos, impios meliorem habere causam, & haberia Deo pro p̄ijs, quæ admodum stultus mundus in nostri afflictione sentit. Quæ tunc est grauissima tentatio, quando Diaboli linguae dicunt, Non est salus ipsi in Deo eius. Vbi nunc est Deus tuus &c? Non, inquam, ad hoc afflixit, sed potius ut postea ex afflictione siue ignominia erectos glorificet. Si quidem ut Paulus in Actis ait, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Et de se Christus dicit, Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam

I E R E M I A E: CCCCCLVI.

gloriā suā. Et ad discipulos, Mundus gaudebit, uos autem contristabimini, sed tristitia uerteretur in gaudium, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Eodem pertinet quod additur, Non affligit ut contristet homines &c. Id est, ut confirmet sententiam mundi, qui sentit hominem a Deo odio haberi, quia affligitur, quæ admodum argumentantur amici Hiob, immo & impī sentiunt, quasi hæc accidant Domino ignorantē, & irrident nos quando dicimus, quod Dominus hæc facit. Fortunam esse iudicant potius, quod Chaldæi rerum potiuntur, & alij captiuitate premuntur, uel ut hypocritæ, Dona & beneficia Dei ferunt accepta impīæ suæ religioni & excoigitato cultu Dei, siue suis operibus, plasgas autem & incommoda accepta ferunt talibus neglegentes. ut de cultu Reginæ cœli manifeste audiuiimus cap. xlviij. Vero Deo non tribuunt, quod hæc omnia facit, ut hic dicitur, Domino ignorantē. Hanc impīam sententiam condemnat, dicens, Qui s'ergo audebit dicens &c. Quisque murmuret pro peccatis suis, & non pro uerbis & operibus Dei, qui iustus est in omnibus uis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Scrutemur potius uisas nostras, id est, agnoscamus peccatum nostrum, oreinus & reuertamur ad Domini num. Nos inique egimus, itcirco ista Dei iudicia uenerunt super nos &c. Beatus est, qui istam bonam erga nos Dei uoluntatem fide apprehendere potest in tribulatione, etiam si sua culpa & peccato in eam inciderit. Nam melior est causa, cum propter ueritatem affligimur, etiamen ibi quoq; graues sunt tentationes, ut cogatur dicere, Domine ne tu miseri sis. formidini, spes mea in die afflictionis meæ, de quo diximus cap. xvij: Eadem est sententia Psalmi xxx. Quoniam ad momen-

e illi cum

THRENI

cum durat ira eius, & uita est in uoluntate eius.' Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum læticia,
quemadmodum pater corripit non ut perdat filium,
quamuis hoc interim correpto filio uideatur.

LEVEMVS : Externi gestus orantium non

Gestus orant. sunt mali, qui testificantur de laborantium affectibus.
Quemadmodum & Christus saepe leuat oculos in coesum,
item procidit interram in oratione, sed si absq; cor-
de, id est, fide, flunt, hypocrisis sunt. Iccircō hic conne-
ctit utrumq; dicens. Leuemus corda cum manibus &c.

CIRCVMDEDISTI tibi nubem &c. Hæc
est tentatio, de qua in principio huius capitatis diximus:

PREMIMVR: Vetus interpres habet, For-
mido & laqueus facta est nobis uaticinatio & contritio.
Non dubito interpretem uastatio dixisse, non uaticina-
tio, etiam corruptionem reliquit Hieronymus
non solum, sed etiam exponit aliena ab hoc loco senten-
tia satis inattente, id quod alij post eum imitati sunt. Sen-
tentia hoc loco est. Queritur & dolet Propheta nomine
populi, post uastationem & perditionem Hierosolymos-
rum, se nondum defunctum periculo, sed iam ipsa uasta-
tione grauiorem else formidinem & angustiam, Non
sunt Iudæi a Iudæis tuti. Ismael occidit Gedaliam & a-
lios, Fugiunt qui reliqui sunt in Aegyptum, & ibi etiam
perditionem comminatur Dominus, Qui manent in
terra timent Chaldæos, Alij in Babylone male tractan-
tur &c.

NON est cessatio : scilicet malorum, Depræ-
datut &c. Quia video malum, & nihil aliud licet quam
flere & merore consumi, Iam post hac uita mea nihil est:

Sine

IEREMIAE.

CCCCCLVII.

Sine causa, id est, Nihil mali feceram illis, licet in Deum peccarem, Deus iuste fecit, illi ex malicia.

LAPIDIBVS: uidelicet, ne ex fouea resurgam a malo meo, uel ex aquis emergam. Perij, Nihil est sp̄i reliquum. Actum est de me, non restat aliud nisi ut nomen tuum inuocem Domine &c.

SIVE sedent siue surgant: Id est, Siue quiescant, siue aliquid agant, semper cantunt & blasphemant de me. Sic & in Psalmo accipitur Selsio & resurrectio. Domine probasti me &c. ut non opus fuisset quibusdam illic interpretari de Christi resurrectione.

DA eis terrorē: Haec est maledictio Legis, Leuit. xxvi. Fugietis nemine persequente. Item, Et qui de uobis remanerit, dabo pauorem in corda eorum in regionibus hostium, Terrebit eos sonitus folij uolantis, & ita fugient quasi gladium, Cadent nullo persequente &c.

III.



Vomodo obscuratum est aurum
uile factum est precium eius. Et
dispersi iacent lapides Sanctuarij
in ingressu omnium platearum.

Indyti filij Zion auro assimilati,
quomodo nunc uasa testea reputati sunt opus
manuum figuli?

Dracones porrigunt ubera catulis suis quos latant, Filia autem populi mei crudelis est ut

f Struthio

THRENI

Struthio in deserto.

Adhæret lingua lactentis palato suo præ siti, parvuli postulant panem, & nemo est qui frangat eis.

Qui ante delicate uescabantur, iam deficiunt in plateis, Qui sericis educabantur, iam iacent in stercore.

Maior est iniq[ue]itas filiæ populi mei peccato Sodorum, quæ subuersa sunt in momento, & non sunt adhibitæ illis manus.

Nazaræi eius erant niue candidiores, nitidiores late, Species eorum erat rubicundior Corallijs, aspectus eorum ut Saphirus.

Nunc autem obscurata est species eorum præ nigredine, ut non cognoscantur in plateis, adhæret cutis eorum ossibus, aruerunt ut lignum.

Melius fuit occisis gladio quam imperfectis faméhi enim defecerunt & confossi sunt a defectu fructuum terræ.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, ut haberent quod ederent, in contritione filiæ populi mei.

Complevit Dominus furorē suum, effudit irā indignationis suæ, Succendit ignem in Zion, qui deuorauit etiam fundamenta eius.

Non hoc credidissent Reges terræ neq[ue] ulli homines.

nes.

IEREMIAE: CCCCCLVIII:

nes in mundo, quod aduersarius & hostis pos-
set ingredi in portas Ierusalem.

Et tamen hoc factum est propter peccata Prophe-
tarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui
effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

Errauerunt in plateis ut coeci, polluti sanguine, ne-
uestes quidem illorum contingere potuerunt.

Sed clamauerunt eis, Recedite polluti, recedite,
recedite, nihil tangite, Abominati enim sunt il-
los & deuitauerunt eos, ita ut inter Gentes quo-
que diceretur, Non diu habitabunt ibi.

Propterea dispersit eos ira Domini, non respiciet
eos amplius, quia non honorauerunt Sacerdo-
tes, nec senibus misericordiam praestiterunt.

Tamen interim respexerunt oculi nostri ad ua-
num auxilium, donec deficerent, expectabamus
populum, qui nos liberare non potuit.

Venatis sunt gressus nostros, ut non auderemus in-
cedere in plateis nostris, tunc uenit finis nostrar,
dies nostri finem habent, finis nostrar uenit.

Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis
sub celo. Super montes persecuti sunt nos, in
deserto etiam insidiati sunt nobis.

Christus Domini respiratio nostra captus est
quando uastauerunt nos, de quo sperabamus,
nos uiicturos sub umbra eius inter Gentes.

f ij Gaude

THRENI

GAude & lætare nunc filia Edom, quæ habitas
in terra Vz, quia super te quoq[ue] ueniet Cat-
lix, inebriaberis & nudaberis.

Tua autem iniq[ue]itas, o filia Zion, finem habet,
non sinet posthac te abduci, Tuam uero iniq[ue]-
itatem, o filia Edom, uisitabit, & discooperiet
peccata tua..

Pergit & exaggerat mala quæ perpessi sunt, ut quemad-
modum fame perierint obsessi &c. quæ Iosephus etiam
am eis accidisse dicit in obsidione per Romanos, ut non
dicam de portentosa fame quæ olim erat obsessis in Sas-
maria, iij Reg. vi.

Aurum: Aurum & optimum aurum erant Iudæi, propter
uerbum Dei & sacram religionē, unde populus erat san-
ctus, habebat optimam politiam, abundabat rebus & pa-
ce &c. Sic ipse exponit, Inclytifilij &c.

**Portentosa
fames.** Dracones quamuis truculentissimæ bestiæ, tamen
nutririunt catulos suos, id quod non potuerunt præstare:
matres in Iuda suis paruulis charissimis, tanta erat famæ
&c. Coactæ sunt contra naturam facere, quod impia au-
is Struthio libenter facit, quæ auis est, si tamen auis est,
ualde stulta, nam quæ peperit oua derelinquit in arena,
nec curam foetus gerit.

MAIOR: Sic & Christus de contemptoribus:
**Baltius erit So-
domie.** Euangelij dicit Matthæi xi. Terra Sodomorum remis-
sius erit in die iudicij quam tibi. Et non sunt adhibitæ
Sodomis manus, id est, humanis viribus, ut sit bello, lon-
ga obſidione & diuturnis calamitatibus, ut Ierusalem
periret, non perierunt Sodoma, sed in momento subver-
sa sunt.

Sunt. Tanta plaga non est uisa in Sodomis, quanta in Ierusalem. Hoc dicit Propheta tantum de externis misericordiis. Verum coram Deo illud manet, horrendum est Sodomis incidere in manus Dei uiuentis. De Antichristo etiam scribitur. Sine manu conteretur, Danielis viij. Id est, Spiritu oris Christi, ij Thels. ij.

NAZARÆI &c. Id est, Domino consecrati, Nazarei, siue Sacerdotes & Leuitæ, siue omnes illi qui uoto Nazarorum sanctificabantur, Num. vi, qui ab omni immundicia tempore consecrationis suæ abstinebant, unde hic formosissimos dicit, Illi, inquit, sunt nunc densi grati &c. Hoc est, quicquid preciosum, quicquid religiosum & sanctum secundum uerbum Dei erat, hoc nunc perire, iam legem seruare non licet. Tempore famis liberenter ederent cibos secundum legem immundos, si haberent &c.

Non credidissent quod Ierusalem esset superabilis uel templum Domini, non propter munitionem solum, sed etiam magis, quod sciebant Deum mirabilia fecisse contra Pharaonem, contra Cananæos, pro populo suo, & quod ille mirabilis Deus in illo Templo dicebatur habitare.

ET tamen &c. Vides hic mendacium siue falsam doctrinam & homicidium esse coniuncta in malis Prophetis & Sacerdotibus, ut in nostris Papistis. Errauerunt &c. Paulus Colos. ij. Frustra inflatus mente carnis suæ in ijs quæ non uidit &c. Et i. Timo, i. Nescientes neq; quæ luquuntur, neq; quæ affirmant. Et Iere. xxij. Visionem cordis sui loquuntur non ex ore Domini. Pulluti sanguine, scilicet, innocentium & piorum quos occiderunt, quod eorū mendacia non suscepérunt.

Mendaces &
homicide fal
si doctores et
hypocrite.

f. iiiij Ne:

THRENI

Ne uestes quidem illorum, id est, Iustorum, contingere
potuerunt, Iustos dicit, fide uerbi Dei iustificatos, qui
uerbum Dei tenentes mendacia hypocritarum Propheta-
tarum & Sacerdotum damnabant. Mirabilis describitur
hoc loco natura hypocritarum. Vbi infinitas animas fal-
sa doctrina seduxerunt, & multorum piorum corpora
occiderunt, tamen sanctissimi sibi uidentur uel saltē
haberi uolunt, ita ut peccatores, uel etiam optimos ui-
ros, quos haereticos & excommunicatos iudicant, ne col-
loquio quidē dignentur. Iudicant enim ex contactu pio-
rum, qui pro ueritate patientur, se contaminari, quem-
admodum secundum legem ex contactu immundorum
reddebat homines immundi. Dicit itaq; Ieremias,
quod præ magna sua sanctitate non potuerunt tangere
ne uestem quidem piorum, quos habebant pro haereti-
cis & damnatis, Clamauerunt eis. Cedite, ne tangatis
nos mundos, Quia secundum legem, Quicquid tetige-
rit immundus immundum erit.

*Judicium eius
am hominum
contra hypo-
critas.*

IT A ut inter Gentes &c. Id est, Ita isti impij
hypocritæ & sancti nebulones (ut nostri Papistæ) cru-
deliter afflixerunt & occiderunt pios homines, ut fama
huius malicie etiam ad Gentes perueniret, & dicerent
sibi homines, uidelicet Gentes. Non poterit tibi terra
sibi diutius sustinere illorum Iudeorum maliciam, suos
fratres optimos viros persequentium. Virum sanguineum
& dolosum abominabitur Dominus. Viri sanguineum
& dolosi non dimidiabunt dies suos. Hoc iudicium
& haec rata sententia est adhuc hodie apud omnes
Gentes, quod homicida non evadit ultionem, quemad-
modum gentiles de Paulo per errorem dixerunt, Acto.
xxvij. Necesse est hunc hominem homicidam esse,
quem

quem ultio non sinit uiuere etiam si euaserit periculum maris. Nostrí Papistæ homicidæ non euadent ultionem. Nam quæ in nos hodie Papistæ faciunt, ne Turcae quidem probare possunt. Siquidem qui Christiani haberi uolunt, ueros Christianos Euangelij Christi confessores oderunt, blasphemant, excommunicant, occidunt. Tunc adest iudicium Dei contra Euangelij persecutores, quando etiam mundus ipse incipit uidere quam inuste agatur in Sanctos, & ipsi impij, ut nostri Papistæ, suo ipsorum iudicio incipiunt condemnari, ut omnes aitæ sectæ, quæ docent contra uerbum Dei &c. Non diu habitabunt ibi, Id est, Crudelitas est nimia. Omne regnum in se diuissum, desolabitur, & domus supra domum cadet.

QVIA non honorauerunt Sacerdotes: ut erat Nō honorare Ieremias, nec senibus miserti sunt, tribuendo eis necessaria uerbi Dei miseria, Paulus dicit, Vidi uas honoræ, scilicet tribuendo eis nostros & se necessaria uitæ. Presbyteri autem duplice honore digni sunt, maxime qui laborant in uerbo, ut non solum habeant necessaria uitæ, ut ueræ uiduæ, sed etiam abundant, ut alijs dare possint. Præterea etiam persecutores uerbi Dei hypocrytæ in Iudea Senibus & iustis consiliarijs & senatoribus non pepercerunt propter confessam ueritatem, quemadmodum de Manasse rege Iuda scribitur, quod repleuerit Ierusalem sanguine usq; ad os, id quod asbj dubio fecit cum suis impijs Prophetis & Sacerdotibus.

TAMEN interim &c. Loquitur in persona populi. Impie quærebamus in securitate nostra & ho- agerant dea
fendi & non
emendantur micijs nostris & contemptu uerbi D E I, auxilium ab Aegyptijs & alijs, donec deficerent oculi nostri, id est,

THRENI

usq; ad fastidium & perditionem nostri, Volebamus es-
se ruti contra Chaldaeos, & interim tamen non egimus
poenitentiam, ut reuerteremur ad uerbum Dei, & cessa-
remus effundere sanguinem iustorum, Hic uanum est
auxilium & certa perditio per Dei iudicium.

VENATI &c. Id est, hostes nostri in tantas
angustias nos coegerunt, ut non auderemus ire in pla-
teis nostris, nusquam non malum metuentes. Super
montes &c. Id est, Nusquam tutissimus, ne fugiendo
quidem in desertum, quemadmodum etiam historia fu-
gientis Zedekiae habet.

CHRISTVS Domini &c. Hunc locum de-

Locus restitu-
tus.
Domino nostro Iesu Christo interpretati sunt ex ueteri
translatione, sed de eo, ut per se notum est, nihil in hoc
lugubri carmine cantatur, tantum deploratur hic misera
captiuitatis &c. Aduerte ergo Christum siue Una
etum Domini, quemque Indorum Regem dici, quod
Reges ungebantur institutione & mandato Domini
Dei, quemadmodum Dauid de impio Saul dicit i. Reg.
xxij. Absit a me ut mittam manum meam in Christum
Domini, Ergo non est in hebræo necesse legi Christus
Dominus, quemadmodum græcus habet, sed legen-
dum, Christus Domini, quemadmodum & alibi. Et
quod uetus interpres dicit, Spiritus oris nostri, siue ad
uerbum ex hebræo, Spiritus narium nostrarum, uel ut
ego scribo, Respiratio nostra, significat, Regem nobis
datum esse fiduciam nostram, refugerium nostrum, tu-
telam & protectionem uitæ nostræ, sub cuius umbratu-
go agimus, patres familias, magistratum, alia, colimus a-
gros, possidemus nostra, non timemus alias gentes uel
aduersarios nostros, qui circum nos habitant, in quo-
rum

IEREMIAE. CCCCLXI:

rum medio habitamus &c. Neq; hic est In peccatis nostris, quod tamen nunc legitur in ueteri translatione, sed est hic, In corruptionibus nostris uel uastationibus nostris, quod dilucide feci. Quando uastauerunt nos, scilicet Chaldei, uel ut Gr̄cilegūt, ἐπ ταῖς διαφοράεσσιν, id est, in dissidijs uel dispersionibus nostris. Sententia Non agnoscat igitur est, Christus siue unctus Domini, id est, Rex noster, qui fuit refrigerium & defensio nostra secundum Del dum haec ordinationem Dei, Rom. xiiij. quemadmodum infra dicit umbram, Is, inquam, captus est in nostri uastatione, de quo dicebamus uel sentiebamus. In umbra tua, o Rex, uel sub protectione tua erimus tuti inter Gentes, quae circum nos habitantes oderunt nos. Atq; hoc Epiphonemate claudit suas querelas & lamentationes, quasi dicat, Quid dicam de miserijs quae nobis acciderunt? Deus abstulit a nobis omne praesidium humanum, Non habemus amplius Regem & Regnum, quod erat nobis diuinatus datum & institutum, Utinam uel post uastationem Regem haberemus, quemadmodum quando Iechonia abductus est, tamen pro eo nobis datus est Rex Zedekia, per quem spes erat restituendi omnia, Nunc omnia interierunt. Actum est de nobis, Fuiimus Troes. Atq; hic finis est Lamentationum siue Threnorum. Tamen in consolationē Iudeorum addit quod sequitur.

GAVDE &c. Odium fraternum maximum est, Duo erant fratres gemelli Esau siue Edom & Iacob, Contra Iudeos qui pugnabant in utero materno, & alterius posteritas meos pro alterius posteritate maximo odio persecuta est, id quod Israel. & alibi diximus de Idumæis, Vnde maxime lœtati sunt

g Idumæi

TH RENI

Idumæi in uastatione Hierosolymorum, contra quos
precatur Psalmus, Memor esto Domine filiorum Edom
in die Ierusalem, qui dicunt, Exinanite, exinanite usq;
ad fundamētū in ea. Igitur Propheta non ferens blasphemias Idumæorum, quibus nunc insaniebant, contra Iudæos, contra Deum, contra legem, cultum Dei uerum & Templum, prædictit quod breui etiam ipsi bibent casicem furoris Domini. Quod factum est per eundem Nabuchodonosorem paulo post uastatā Hierosolimam, Et consolatur suos Iudæos, ut bene sperent post hac de misericordia Dei.

GAVDE & lætare: Ironia est, quia addit, Super te quoq; ueniet calix &c. ut in Psalmo, Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sæpe de hac ebrietate in hoc Propheta dictum est. Nudaberis, id est, turpis eris, & omni gloria & rebus priuaberis per eosdem Chaldaeos, qui nos exuerunt. Ibi apparebunt peccata & iniuria tuæ, quibus nos affecisti, que nunc apud te quiescunt, id est, secura es, non habes conscientiam de peccatis tuis, sed gaudes quasi bene feceris, & delectaris in nostra perditione. Sic loquitur Spiritus sanctus de reuelatione peccati, ut ad Cain. Interim abscondita sunt ab oculis tuis, dicit Christus ad Ierusalem.

TVA autem &c. Consolatio populi afflicti de remissione peccatorum, quæ nisi promittatur uana est omnis consolatio. Finem, inquit, habet iniurias tua, Et ne iam peiora metuat, quemadmodum solent afflictæ conscientiæ, promittit quod post hac non sit amplius abiectus eos Deus, Quia Deus in captiuitate suos seruauit.

IEREMIAE. CCCCCLXII.

Peruauit, & post captiuitatem rursum eis in terra suabes
nefecit, ut dictum est capite xxxi. Sed haec promissio
& securitas, quod nunquam abiecturus sit Deus, plene
& perfecte fidelibus completa est, & completur in Christo
Domino nostro.

V.



Ecordare Domine quid acciderit
nobis, considera & respice op-
probrium nostrum. Hæreditas
nostra transiit ad alienos, domus
nostræ ad extraneos. Pupilli fa-
cti sumus absq[ue] patre, matres no-
stræ sunt quasi uiduæ. Aquam nostram ipso-
rum pecunia bibimus, ligna nostra ipsorum
precio comparamus. Ceruicibus nostris pre-
mimur, laissis non datur requies. Ægypto nos
tradidimus & assur, ut saturemur panibus. Pa-
tres nostri peccauerunt & nunc non sunt, nos
autem iniquitates eorum portamus. Serui do-
minantur nostri, & nemo est qui nos redimat
de manu eorum. Panem nostrum afferimus
periculo uitæ nostræ, propter gladium in de-
serto. Pellis nostra quasi clibamus exusta est, ab
horrenda fame.

Ipsi oppresserunt Mulieres in Zion, & Virgines

g ij inci-

THRENI

In ciuitatibus Iuda, Ipsi suspenderunt Principes, & personas Seniorum non sunt ueriti. Adolescentes molares lapides portare coegerunt, & pueros sub onere lignorum uacillare. Senes non sedent iam in portis, nec iuuenes psalunt fidibus, Finem habet gaudium cordis nostri, uersus est in luctu chorus noster. Decidit corona capitis nostri, Veh nobis quod ita peccauimus. Ideo moestum est cor nostrum, & obtenebrati sunt oculi nostri, propter montem Zion, quod ita desolatus est, ut uulpes transcant per eum.

TV autem Domine inaeternum permanes, & Solium tuum perpetuo. Quare obliuisceris nostri in perpetuum, & derelinques nos multis diebus? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros, sicut olim, Abiecisti enim nos, & iratus es contra nos uehementer.

Sicut Threnos fecit, ita & nunc orationem praescribit, quemadmodum oret poquulus, confiteatur peccata, & bene speret de misericordia Dei conuersus ad Dominum.

Presentia AQVAM nostram: Hæc omnia possidebant Dei dona con gratis, cum in securitate & abundantia omnium rerum tergnimus.

I E R E M I A E

CCCCCLXIII.

agebant, sed non agnoscebant dona Dei, nunc autem, *Miseria capti*
ut sit, de amissis conqueruntur, & se adeo iam premi mi^{hi} uitatis.
serabili seruitute, ut etiam qui reliqui sunt in terra pro-
priis aquas & propria ligna precio cogantur redimere
a Dominis suis gentibus, & non liceat eis tuto exire in
agrum ad querendum cibum præ Latronibus. Volunt
enim Praefecti Regis Babylonis in terra Iuda diuites
sieri, & per tyrannicas exactiones ad se omnia rapiunt,
uel præter uoluntatem Regis, quemadmodum impij
Prefecti fere ubiq^{ue} uel hodie faciunt, nihil metuentes
Dei iudicium &c.

C E R V I C I B V S &c. Hoc ualde miserum est
ijs qui liberi fuerunt, Multo uero miserius est quod ad-
ditur, Lassis non datur requies, quæ non negatur ser-
uis, ne bobus quidem & asinis, secundum Legem in
Sabbato.

Æ G Y P T O &c. Primum patres nostri post
Ioseph abierunt propter famem in Aegyptum, ut est in *In Agypto.*
Genesi, ubi postea male habiti sumus a Pharaone. De^s Apud Af^y
inde nostri fratres decem tribus abacti sunt in Assyrios, ries.
iiij. Regum xvij. ibi tantum panem, id est, cibum ha-
bent & uitam conseruant, ut serui, qui tamen liberri-
mi erant, & Domini multarum possessionum. Vbi
nunc est hæreditas Patribus promissa? Data quidem
nobis est propter Dei promissionem & pactum, sed nos
in pacto Dei non stetimus, Ideo propter nostras iniq-
uitates amissimus omnia, quæ cum pacto & conditione
seruande legis acceperamus.

P A T R E S nostri &c. Secundum damna-
tionem

THREN

Vindicans t̄ionem Legis in primo Præcepto, Exodi xx. Ego sum peccata patrū D E V S zelotes &c. quæ ad eos pertinet, qui a peccatis filios eis patrum non deficiunt. Conuersis autem ad Christum hæc maledictio tollitur, promissione Euangelica, quam legis Ezech. xvij. Serui id est gentiles & idolatriæ dominantur &c.

PANEM nostrum : Id est, extra Ciuitatem in ijs etiam insidiantur nobis Gentes, ut spolient & occident, Nusquam tuti sumus. Hebrei etiam desertum vocant, quando extra ciuitatem eximus in agrum, ut in Psalmo, Pinguiscent habitacula deserti, id est, in agris & pagis abundantia est prouentus &c.

OPPRSSERVNT, humiliauerunt, stuprauerunt, Quid aliud facerent Gentes uictores, quam quod faciunt nostri impij milites?

ADOLESCENTES : Non est hic turpis sententia, quam interpretantur quali ex uerbis veteris translationis. Aduersarij impie abusi sunt adolescentibus ad nimium laborem, quo perirent. Vacillare, uidelicet, Ad corruendum sub onere, quemadmodum etiam de seruitute Aegyptiaca legitur, quod seruierunt in luto & latere.

SENES : uel Senatores non amplius sunt in portis, id est, in locis iudiciorum, Hoc est, Iura & Leges ceciderunt. Et Iuuenes non psallunt fidibus. Hoc est, non est amplius pax & securitas & gaudium. Vis des, quod D E V S, ut alias dixi in hoc Propheta, honesta

I E R E M I A E . C C C C L X I I I .

nesta gaudia donat, quæ hic queruntur amissa, tantum Honestagaudia
abest ut ipsa peccata sint, secundum regulas & superstitiones Monachorum. Tunc Deum, Gaude in Domino.
& fruere præsentibus cum gratiarum actione, id est, agnoscens, quod talia accipis ex manu Dei.

V V L P E S : Id est, animalia sylvestria nunc ambulant in monte Zion, ubi homines solebant maxima frequentia congregari ad cultum DEI & Legem audiendam.

T U A V T E M : Tu Domine qui non peris, miserere pereuntium. Idem oratur in Psalmo CII. Ipsa peribunt, tu autem permanes &c.

I N N O V A : Id est, bonos & lætos dies reduc nobis, ut olim per te habuimus. Alioqui actum est de nobis. Tua solius misericordia, quæ CHRISTVS est, resurgemus ad meliora &c.

C O N V E R T E N O S Domine ad te:
Id est, fac nos reuerti ad te. Et conuertemur, Id est, reuertemur ad te. Egregia sententia, ex qua intelligere licet mandata Legis. Serua mandata DEI. Conuertimini ad Me in toto corde uestro &c. ne intelligamus, quod nostris uiribus & libero arbitrio, quemadmodum docuit impius Pelagius, possimus hæc facere, Quemadmodum etiam in hac tam clara Euangelij lumine obscuri uiri scripserunt, sed humiliati coram DEO agnitione peccati nostri & impossibilitatis nostræ, respondeamus DEO per CHRISTVM Patri nostro,

hij Pater

Implemus Legem per Dei gratiam,
Nota.

THRENI

Pater da nobis ut seruemus mandata tua, & tunc ser-
uabimus. Da nobis ut conuertamur ad te, tunc conuer-
temur. Quemadmodum Augustinus orat, Da quod
iubet, & iube quod uis. Non nobis Domine non nobis,
sed nomini tuo da gloriam super misericordia tua & ue-
ritate tua &c.

Gemitibus in- ABIECISTI NOS &c. Epiphonema
enarrabilibus & pathos deficientis animi. Hic Sp̄iritus postulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. viij, qui nouis
occulta cordis coram DEO. Et potens est DEVS fa-
cere plus quam petimus aut intelligimus, Ephe. iiij, se-
cundum uirtutem quæ operatur in nobis. Ipsissit Glo-
ria in Ecclesia Sanctorum, per IE S V M C H R L
ST V M Dominum nostrum, qui pro nobis ui-
ctima factus est, in omnes genera-
tiones saceruli sacerulo-
rum, Amen.

*Oratio nostra
pro Ecclesia
Christi.*

CONSERVA Domine IESVCHRL
STE Ecclesiam sponsam tuam, quæ sola in ter-
ris audit uocem tuam, & glorificat te, Conserua
eam ab horrendis blasphemis & homicidijs Tur-
carum & Papistarum, Et recipe in æterna Ta-
bernacula Principes & Rectores ciuitatum, qui
hodie prebent hospitia Ecclesiae tuæ & Euange-
lio tuo, in hoc nouissimo Antichristi furore.
Pater

IEREMIAE. CCCCCCLXV.

Pater noster ecelestis, Sanctificetur nomen tuum,
Adueniat Regnum tuum, Fiat uro
luntas tua, A M E N.

Hæc scripsi Anno Domini M. D. XLVI,
Vnde cima Ianuarij. Anno ætatis meæ
sexagesimo primo;

VVITEBERGÆ:
IN OFFICINA PETRI SEITZ.

ANNO M. D. XLVI.





